**d** *Ex certis.* quod valet: ut & §. de heredi. institu. l. j. §. si ex fundo. nisi sit alius institutus ex quota, vel etiam simpliciter: quia tunc loco legatarij est: ut C. de here. insti. l. quoties. nisi quo ad excludendam querelam in offic. testa. ut in auth. ut cum de ap. cog. §. aliud. col. viij. nec distinguo an proprio nomine rei, ut tunc legatarius: an appellatiuo, ut tunc heres sit: quia nihil intet est & c. ut *§. si certum peta. l. certum. at exhereditatio à certa re non valet: ut §. de lib. & postum. l. cum quidam.*

**e** *Seuerus & Antoninus.* hæc sunt verba orationis vsq; in finem.

**f** *sed teneri.* actiones ex testamento, scilicet ex testamento secun-

do. non primo: quia nemo potest decedere cum duobus testamētis nisi miles: ut *§. de mili. test. l. quærebatur. sic. C. de codi. l. j. & §. de lega. iij. l. j. §. ij.* sic dicimus quod ex sententia appellationis qua confirmatur prima, datur ei actio in factum. non ex prima: ut non supra de iis qui not. in fa. l. furti. §. j.

ne expressa sunt. Imperatores Seuerus & Antoninus Cocceio Cumpano: Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure valere perinde ac si rerum mentio facta non esset: sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria verba, quibus ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et hoc ita intellegendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.

**E** *Etiam tempore legationis cogitur quis adire hereditatem, & restituere.* Bartolus.

xxx. IDEM libro octauo Institutionum.

tutus à Titio, & rogatus ab eo de restituenda hereditate Seio. & existens in legatione dicit hereditatem sibi esse suspectam, & ideo repudiat eam. nunquid tempore legationis potest cogi eam adire, & restituere fideicommissario Seio? Et dicitur quod sic, quia non multum occupatur hoc offic. legationis. Sed quid si non repudiat eam in legatione existens, sed dicit se velle deliberare an adeat? certè nihilo minus cogendus est adire, non tamen restituere: sed datur ei dilatio donec reuertatur domum: & tunc si putauerit sibi expedire, restituet hereditatem fideicommissario, & vtatur commodo Falcidiæ siue testamenti: id est retineat quartam Trebellianicam: vel si non putauerit sibi expedire, restituat totam hereditatem fideicommissario, ita quod nihil ex ea retineat. & non patiatur aliqua onera hereditaria. [SI QVIS BONA.] Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum vt bona sua vel omnia sua restitueret Gaio: & decessit Titius. & Seius restituit hereditatem Gaio. nunquid transeunt hereditariæ actiones in Gaio? certè sic. nam appellatione meorum & tuorum continentur etiam actiones. [SI FILIOFAMILIAS.] Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit quod restitueret hereditatem filio meo vel seruo: & decessit Titius, & Seius restituit hereditatem dicto filio vel seruo me ignorante: & postea ego ratum habui. certè transeunt in me dominum vel patrem actiones ex Trebelliano senatusconsulto. [MULTVM INTEREST.] Institui mihi heredem Titium, & rogauit eum quod restitueret hereditatem meam Seio retenta sibi quarta parte hereditatis: vel nullam habui mentionem de retentione quartæ: & decessit: & Titius restituit hereditatem meam dicto Seio retenta sibi quarta iure hereditario ex Trebelliano. certè actiones hereditariæ diuiduntur inter heredem & fideicommissarium. si autem rogauit dictum meum heredem vt restitueret hereditatem Seio prædicto retenta sibi aliqua re, puta fundo qui capiat quartam partem hereditatis, vel retenta sibi aliqua quantitate pecuniæ quæ capiat quartam, & ipse restituit retenta dicta re vel pecunia: tunc omnes actiones hereditariæ sunt apud fideicommissarium, & nõ apud heredem pro aliqua parte. Quid si principem institui, & rogauit eum quod restitueret hereditatem Seio retenta sibi aliqua re vel summa pecuniæ. & dicta res vel pecunia non capiat quartam partem hereditatis? certè non parietur princeps se vindicaturum amplius quàm sit dicta res vel pecunia? licet si vellet posset vindicare amplius quàm sit dicta res vel pecunia vsque ad supplementum quartæ. Quid si rogauit eundem principem quod restitueret hereditatem Seio prædicto, & non dixi quod aliquid sibi præciperet siue retineret? nunquid in restitutione faciēda poterit princeps

**g** *Inserta.* in secundo testamento, per quæ generaliter confirmauit relictam in primo, vel ipsum primum testamētum.

**h** *specialiter.* id est nisi à generali confirmatione excepit aliquam rem contentam vel relictam in primo testamento: vel si quid relictum in primo ademit, & postea generaliter confirmauit primū. Nam non pertinet generaliter confirmatio ad specialiter ademptum: ut argu. §. de verbo. obliga. l. doli. & facit supra de iniusto testa. l. postumus. §. fina. & insti. quibus modis test. infir. §. sed & si quis. & supra de lib. leg. l. Aurelius. §. testamento. & supra de here. instituē. l. fina.

**S** *I legatus.* CASVS. Legatus siue ambasciator reipublice Romanorum vel etiā alterius ciuitatis fuit heres institutus à Titio, & rogatus ab eo de restituenda hereditate Seio. &

\* quando-  
cunque.

\* Translatū  
in Institutio-  
nes tit. quib.  
mod. test. in-  
firm.

† Facit ad  
hanc. l. glof.  
si in. c. corā  
dilecto. ex-  
tra de offic.  
delegari.

Exhereditatio à re certa nõ valet.

princeps retinere quartam? & certè sic si vult. Viuianus.

**a** si legatus. reipublicæ Romanorum, vel etiam municipij: vt. s. ex quib. cau. ma. sed & si per prætorem. §. fi.

**b** suspectam. & statim repudiat.

**c** Iudicium. quo casu cogitur per officium iudicis adire & restituere: vt & supra eod. l.

sed si alio. in princip. & supra de iudi. l. sed & fi.

**e** etiam. §. j. Accursius.

**d** Hic. id est dum adit & restituit.

**e** Officio. scilicet legationis.

**f** Restituit. hoc cum dixit se velle deliberare: aliàs etiam statim cogitur restituere: vt supra prox. & s. eo. l. sed & si alio. in princip.

**g** Falcidie. hoc dū dixit se velle deliberare: vt hic, & sup. eo. l. sed & si alio. §. plane. sed in primo casu huius. l. cū suspectam dixit, nec dixit se velle deliberare, statim etiam cogitur restituere, & nō vitur Falcid. vt. s. eo. l. ita tamē. §. qui suspectam.

**h** Onera. hereditaria. & facit. §. eod. l. qui ita. §. fi. & s. de iudi. l. sed & si restituitur. §. j.

**i** Contineri. vt. §. de verbo. signi. l. meorum. & facit supra eod. l. nam quod. in fi.

**k** si filiofamilias. vel seruo. quidam habent vel seruo restituatur hereditas, & postea & c. aliàs sic, vel seruo alieno rogatus quis fuerit hereditatem restituere patre dominove inuito vel ignorante, non rectè eis hereditas restituitur: sed si postea & c. & facit. §. e. l. seruo. in princ. & l. restituta. §. j.

**l** In pecunia. quod fieri potest, prout dixit testator: vt hic, & institui. eod. §. sed illud. aliàs si nihil dixit, detrahetur quarta de singulis rebus: vt. C. ad leg. Falcid. l. ij. nec ob. s. de lega. j. l. non amplius. §. fi. & l. seq. & vt no. s. eo. l. Marcellus. §. res quæ. in fin. glo. sient ergo quatuor portiones, & forte eligentur portiones: arg. C. quando & qui. quar. pars. l. ij. in princip.

**m** Actiones. hereditariæ creditoribus competentes: secus in legatariis. vt. C. e. l. ij. & no. s. ea. l. §. j. & facit. C. de sen. pas. l. iij. Sed argu. contra. s. quando act. de pecu. est an. l. §. si præcepto. Sed ibi retinet seruum cum peculio, quod est iuris vniuersitas: & sic tenetur creditoribus peculiaribus. secus si esset res singularis, vel etiam facti vniuersitas, vt gregis: quia tunc non tenetur heres.

**n** Vindicaturum. subaudi, compertum est: licet possit si velit.

**o** Plerumque. ergo non semper: sed quando volunt. nam ius commune cum cæteris habent in talibus: vt Cod. qui testa. fa. pos. l. cum heredes. Sed quidam dicunt per hanc. l. quod nunquam debent retinere per. l. istam: sed certè hic dicit contrarium. Accursius.

**S** I cui purè. ] **C A S V S.** Titium institui mihi heredem, & purè reliqui libertatem Sticho seruo meo: & rogavi per fideicommissum dictum meum heredem Titium vt dicto Sticho restitueret hereditatem meam sub conditione si navis ex Asia veniret. pendente dicta conditione dicit dictus Titius heres sibi esse suspectam hereditatem. nunquid ad postulationem dicti Stichi cogitur eam adire pendente eadem conditione, & ei restituere? Et dicitur quòd sic. Sed quid si deficiat postea dicta conditio? certè non potest eripi dicto Sticho libertas quam iam consecutus erat adita hereditate, vt hic. veruntamen hereditas ei relicta ff. Infort.

per fideicommissum sub dicta conditione, non remanet ei: imò venditur per creditores hereditarios: vt supra eo. apud Iulianum. §. Antistia. & infra eo. postulante. circa principium. Sed quid si reliqui libertatem dicto Sticho in diem, & hereditatem purè per fideicommissum? nunquid heres meus habens eam suspectam interim cogitur adire? certe non, cum hereditas non possit restitui dicto Sticho nondum libero: & rursus non est interim heres meus cogendus præstare ei libertatem: quia cogere eum esset cōtra voluntatem meam testatoris. expectabitur ergo dies postquam dedi Sticho libertatem. [SI SVB CONDITIONE.] Institui mihi heredem Titium sub conditione, si ascenderet Capitolium: & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Seio, & decessi. postea Titius non vult dictæ conditioni parère, & adire hereditatem. certè prætor debet eum cogere parère conditioni, & adire hereditatem, & restituere eam Seio fideicommissario, si hoc vult Seius fideicommissarius. si autem dicta conditio non sit in facto, sed in dando, puta quia institui dictum Titium heredem sub conditione si daret ceterum Gaio, & heres non vult parère dictæ conditioni: offerente dicto Seio fideicommissario dictam pecuniam Gaio prædicto, cogitur heres adire & restituere hereditatem eidem fideicommissario. sed & quādo conditio fuit in facto, vt in principio huius. §. & heres recusat

**Princeps rogatus restituere hereditatem non solet quartam retinere, vel facere eam sibi suppleri si minus quàm quarta sibi relicta est. Alexand.**

Et heres institutus, rogatusque hereditatem restituere præcepta aliqua summa vel re: etiam si in præceptione minus quàm quarta pars esset, non amplius principem pati vindicaturum. Sed & si sine vlla præceptione rogatus fuerit hereditatem restituere: plerumque quarta donata est à principibus. & ita diuus Traianus & Hadrianus & Antoninus rescripserunt.

**Seruus qui per aditionem habilitatur ad recipiendam hereditatem, potest cogere heredem adire: secus si per aditionem non habilitaretur. Bartolus.**

**C XXXI. IDEM libro nono Institutionum.**

**S** I cui purè libertas, & per fideicommissum sub conditione hereditas relicta est: cogitur heres adire hereditatem si suspectam dicat, & restituere: & deficiente conditione libertas ei eripi nō potest. Si autem ei qui in diem libertatem accepit, hereditas per fideicommissum relicta fuerit, suspectam eam interim nō posse adiri, diuus Pius Cassio Hadriano rescripsit: cum non potest nōdum libero hereditas restitui: nec rursus contra voluntatem

eam implere, dabitur licentia fideicommissario implere factum: sicut & dictum est eum posse implere conditionem cum est in dando, nedum quòd possit cogere heredem adimplere factum, vt dixi in principio. §. & tunc si non impleuerit fideicommissarius dictum factum, necessitas imponetur heredi adire hereditatem. si autem conditio imposita heredi non sit in heredis potestate, sed sit forte casualis, puta quia institui eum heredem si navis ex Asia venerit: tunc ad officium prætoris non pertinet ad cogendum heredem eam adimplere, sed expectabitur conditio. Viuianus.

**Adire.** & sic compellitur adire pendente conditione, & restituere: vt hic, & s. eo. l. apud. §. fi. & l. ille à quo. in prin. Sed contra. s. eo. l. ita tamen. §. à patre. & l. §. sed & quoties. & l. sed & si ante diem. sed dic vt dicta. l. apud. in fi.

**Non potest.** quæ cōpetit adita hereditate, non ante: vt. §. titu. j. l. nam cum libertas. sed deficiente conditione hic quid fiet de hereditate? Respon. a venditionem faciendam, & soluendum creditoribus: vt. s. eo. l. apud. §. Antistia. & s. eo. l. postulante. Item quid ecōtra si hereditas purè, & libertas sub conditione relinquatur? Respo. vtrūque differtur in euentum conditionis: vt. s. de here. institui. l. Trebatius. §. seruo. & s. prox. respon.

**si autem à me ei.** aliàs si autem ei.

**In diem.** certam vel incertam: vel etiam si sub conditione: vt. s. de heredi. institui. l. Trebatius.

**Relicta.** scilicet purè.

**Contra voluntatem.** si pendente conditione libertas detur ab herede, fiet contra voluntatem defuncti: ergo non valet libertas:

a] Idem Alexand. & communiter omnes, licet imò cōtra. quamuis idē tenuerit in l. apud. §. vtrum super glo. decesserit. s. eo. secūdum Alexand.

vt. C. de manu. testa. l. contra voluntatem. Sed arg. contra est, quia valet: vt. s. de dolo. l. si filius. & s. de hered. insti. l. seruus. §. qui fideicommissariam. & C. de ope. li. l. mater. & de Lati. lib. tol. §. sed & si quis. quæ sunt contra. Solu. hic accipe contra, pro præter. a sic. s. de pac. l. pacisci. & ita hic valet si sponte daretur: vt in contrariis. sic & illud, Qui non est mecum, contra me est: vt. C. de Iudæ. l. cœlicolarum. Vel dic contra voluntatem esset, si cogere heres ante manumittere. & facit ad. §. infra eodem. l. si patroni. §. j.

a) *si sub conditione.* scilicet facti: vt si ascenderit Capitolium.

b) *Offerente.* si cui est dā dum. ad quod. s. eo. l. apud. in princ. per alium enim hoc potest impleri: vt. s. de statu homi. l. Arethusa. & subau. hoc debet heres adire & restituere.

c) *secundum imitationem dationis.* id est sicut implet fideicommissum cū est in dando: ita & cum est in faciendo: & hoc si nolit heredem præcise cogere ad factum, quod potest, vt dixit. & si est conditio facti talis quæ possit per aliū impleri: vt. C. de cadu. tol. §. ne autem.

d) *In potestate.* verè, vt casuales: vel fidei, vt quæ cōtinent turpitudinē: vt. j. e. l. facta. §. si sub cōditione. & sequen. §.

e) *Non pertinent.* vt cogat impleri: sed expectabitur casualis. & facit supra eo. l. sed sciendum. §. si. & l. seq.

**B** *Allista.* **CASVS.** Quidam nomine Trebellianus ballista filium suum familias heredem instituit: & ita cavit ad vtilitatem colonie Philippensium: si filius meus à me institutus morietur sine liberis, quantacumque pecunia ex hereditate & bonis meis ad eum peruenerit, eam pecuniam omnem ad coloniam Philippensium peruenturam esse volo. & decessit dictus testator. & postea decessit dictus eius filius sine liberis forte post. x. ann. & interim fructus ex hereditate percepit idem filius. nunquid heres filij tenetur restituere dictæ colonie hereditatem, & fructus quos ante mortem suam perceperat ex ea filius? Et dicitur quod sic: quasi specialiter testator expressisset quod restitueretur fructus: quo casu sine dubio veniret fructus in restitutionem. Viuianus.

f) *Ballista.* appellatiuum. sed Trebellianus proprium nomen testatoris. dictus ballista, forte quia ballistarius erat.

g) *Rebellianus.* scilicet heres esto.

h) *Morietur.* filius familias.

i) *Etiā fructus.* Not. venire fructus. Sed contra infra eo. l. heredes mei. in princ. & s. de lega. iij. l. quod his. Sed hic est nomen b) pecunie, quod largissimè omnia comprehendit: licet quandoque strictius accipiatur: vt. C. de constit. pecu. l. ij. Item in contrariis est simplex verbum quicquid: hic duplicatum c) quantumcumque. Item contra. j. eo. l. proximi. vbi est nomen pecunie, & tamen non veniunt fructus: sed ibi est quanta: hic geminatur, quantacumque. d) Vel dic hic de fructibus perceptis ante aditam hereditatem: in contrariis post aditam: vt. s. eo. l. ita tamen. §. j. in fi. Item no. quod quācumque, comprehendit etiam species: vt. s. de leg. iij. l. quisquis. Sed quid de vsura pecunie hereditaria: videtur idem quod de fructibus: vt s. de vsur. l. in fideicommissi. §. nonnunquam. & l. vsuræ. & j. de verbo. signi. l. vsura.

k) *specialiter.* quo casu constat eos restitui: vt supra eo. l. in fideicommissaria.

defuncti libertatem esse præstādam. \*

**Heres cogitur parere conditioni potestatiuæ sine eius damno, & adire: secus si cōditio esset casualis. Bartolus.**

Si sub conditione a) heres institutus, rogatusq; hereditatē restituere, non vult cōditioni parere, & adire hereditatem: si facti est conditio, debet parere, & adire, & restituere: vel si in dādo sit, offerente b) fideicommissario, recusante autē herede factum adimplere, licetia dabitur fideicommissatio secundum imitationem c) dationis factū implere: & tunc necessitas imponitur \* adire hereditatem. Ceteræ conditiones quæ nō sunt in potestate d) heredis, ad officium prætoris non pertinent. e)

**Si fideicommissum relinquitur sub nomine geminato, & sub nomine appellatiuo pecunie: in restitutione veniūt fructus iudicio testatoris percepti: secus si sub nomine simplici: debet tamen fideicommissum ex ipsis fructibus suppleri si fuerit deminutio. h. d. cum. l. sequen. Barto. & Alex.**

xxxii. CELSVS libro vicen-simo Digestorum.

**B** Allista f) filium familias heredē instituit ita, *Rebellianus* \* &

**S**cribit. **CASVS.** Titius habens in bonis quadringenta, instituit heredē Seium, & petiit ab eo vt si sine liberis moreretur, quāta pecunia ex hereditate sua ad eum peruenerit, Mæuio per eum restitueretur, & decessit dictus Titius, & Seius institutus vixit postea per. x. annos, & ex fructibus hereditatis Titij in dictis. x. annis quadringenta percepit: & postea sine liberis decessit, certè heres eiusdē Seij instituti non tenetur restituere dicto Mæuio nisi quadringenta quæ erant in bonis filij testatoris, & non fructus qui ceperunt alia. cccc. vt dictum est: & ideo restitui tenetur integra dicta quadringenta heres instituti nō detracta quarta Trebellianica: quia habet quartam & etiam fructus quartæ in dictis fructibus quos percepit in dictis. x. ann. institutus: qui quidē summouent Falcidiā. sed cū heres prædictus sentiat augmentū, vt dictū est: nūquid & periculū sustinebit si res aliqua hereditaria pereat? an per cōtrariū est dicendū. f. vt nō sustineat periculū licet habeat emolumentum? & certe debet heres dictū periculū sustinere. nā iniquū esset pertinere damnū ad fideicommissariū, ad quē dictū augmentū nō pertinet. Nūquid ergo tenetur heres qui passus est damnū in rebus hereditariis valētib. cccc. ad supplendum fideicommissario quodcumq; defuerit ex dictis. cccc. ex eo qd accidit dictū damnū, ita qd augmentum de quo dictum est. s. ad

si cauerit colonia Philippensium, si sine liberis morietur: h) *quantacumque pecunia ex hereditate de bonis meis ad eum peruenerit, eam pecuniam omnem ad coloniam Philippensium peruenturā.* Respondi: Ex his verbis quæ proponis, id est, \* *pecuniam*, existimo etiam fructus i) quos ex hereditate percepit, restituere eum debere, perinde quasi specialiter k) hoc testator expressisset.

xxxiii. MARCIANVS libro octauo Institutionum.

**S**cribit Celsus libro vicen-simo Digestorū, si qui quadringenta l) in bonis habebat, petit ab herede suo, vt si sine liberis moreretur, quanta pecunia ex hereditate sua ad eū peruenerit, Mæuio restitueretur: si ex fructibus medio tēpore quadringenta perceperit, & sine liberis decesserit, heredem eius Mæuio quadringenta debiturum. m) Et cum diu multumq; tractauit, n) an cum augmentū heres sensit, o) & periculum p) sustineat: an per cōtrariū: q) nouissimè ait, iniquum esse ad fideicommissariū damnū †) pertinere, r) ad quem augmentum c) nō pertinet. Et an ad supplēdū s) inquit, u) quodcumq; ex quadringentis x) defuerit, etiam augmentum ad eum y) pertinebit: hoc est

d) eum heredem pertineat, & damna & fructus hereditatis computentur vsque ad dicta quadringenta, ita scilicet quod ex fructibus suppleantur. cccc. deminuta propter dictum damnū, & ea. cccc. ex fructibus suppleta dentur fideicommissario, & residuos fructus sibi retineat heres? Et respondet Marcianus auctor huius. l. quod istud verius esse arbitratur. Viuianus.

l) *Quadringenta.* vel habeas in tota lege, quadringenta: vel habeas quadraginta.

m) *Debiturum.* integra: quia habet quartā & quartæ fructus in fructibus quos percepit medio tempore iudicio testatoris, qui summouent Falcid. vt. s. eo. l. mulier. §. si heres. Sed nunquid fructus qui excedunt quartam & quartæ fructus, restituit heres? Respon. e) nō: vt hac. l. & j. eo. l. heredes mei. & s. eo. l. ita tamen. §. ex assē heres. Sed cōtra. s. eo. l. proximi. Solu. ibi. **ADDITIO.** Dic quod ibi dictio erat geminata, ex mente Bart. & Alexand.

n) *Tractauerit.* scilicet Celsus.

o) *Senserit.* in eo quod non reddit superfluos qui sunt vltra quartā & quartæ fructus.

p) *Periculum.* id est si res aliqua hereditaria pereat, vel in obligationibus hereditariis.

q) *Per contrarium.* scilicet dicendum est vt non sustineat periculum: licet habeat emolumentum. & fac hic punctum. & sequitur litera capitalis, nouissimè &c. & dic ait, scilicet Celsus.

r) *Pertinere.* scilicet totum.

s) *Augmentum.* dictorum fructuum qui supersunt vltra quartam & quartæ fructus.

t) *An ad supplendum.* secunda quæstio quam Celsus non soluit, sed auctor legis soluit.

u) *Inquit.* Celsus.

x) *Ex quadringentis.* quæ fuerunt defuncti.

y) *Ad eum.* fideicommissarium.

vt. C. de manu. testa. l. contra voluntatem. Sed arg. contra est, quia valet: vt. s. de dolo. l. si filius. & s. de hered. insti. l. seruus. §. qui fideicommissariam. & C. de ope. li. l. mater. & de Lati. lib. tol. §. sed & si quis. quæ sunt contra. Solu. hic accipe contra, pro præter. a sic. s. de pac. l. pacisci. & ita hic valet si sponte daretur: vt in contrariis. sic & illud, Qui non est mecum, contra me est: vt. C. de Iudæ. l. cœlicolarum. Vel dic contra voluntatem esset, si cogere heres ante manumittere. & facit ad. §. infra eodem. l. si patroni. §. j.

\* Sic Fl. sed quidam putant esse verba mali interpretis.

† al. incipit, Si is qui quadringenta.

‡ Damnum magnū vel parū quod dicatur, dic esse in arbitrio iudicis. Bart. Cepo. in tracta. de ser. vrb. ca. 6. glo. i. §. pretium. instit. de contra. emp. & ven.

c) Sequitur hanc glof. Bart. Pau. & Alexan.

a) Quid im portet dictio, contra: not. ad longū in l. contra iuris. in princip. s. de pac. Cyn. & do. in l. a caligato. s. de nupt. adde not. per glo. in l. duobus §. fin. s. de iu reur.

\* libertas præstanda sit.

\* imponitur heredi.

\* Trebellianus.

b) Ista solutio iuncta cum sequē placet Bart. Aug. Pau. & Alexand. c) Imò est geminātū, sed ibi fuit prolātū simpliciter: hic cum verbo, pecunia. Barto. Pau. & Alexan. d) Sequuntur hanc gl. Bart. Aug. Imo. Pau. & Alexan.





fideicommissario, videntur transisse actiones in fideicommissarium. sed & si sine iussu heredis alius restituerit fideicommissario, & heres ratam habuit restitutionem: videntur similiter transisse actiones in fideicommissarium. [P V P I L L V S.] Institui mihi heredem Titium pupillum, & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Seio, & decessi. certe dictus pupillus debet restituere

Seio hereditatem meam cum auctoritate tutoris sui: non autem tutor sine pupillo: nisi pupillus sit infans: quia nec mandare actiones pupilli sui non infantis tutor potest etiam simplicem procuratorem faciendo. Quid si rogavi dictum pupillum ut restitueret hereditatem meam tutori suo: nunquid auctore eodem tutore restituet ei hereditatem? Et dicitur quod non. Item quid si maiorem institui, & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Titio pupillo: certe non poterit restitui pupillo sine tutoris sui auctoritate. nam hereditatis restitutio non tantum est solutio, sed etiam est successio, cum obligetur ille cui fit restitutio. si est in restitutione obligatio illius qui recipit hereditatem ex restitutione, ergo pupillo non potest restitui sine tutoris auctoritate: sed nec ipsi tutori pro pupillo recipienti indistincte restitui potest hereditas quam aliquis debebat restituere pupillo: imò distinguitur, sit infans pupillus: & tunc soli tutori restituitur. an sit maior infans: & tunc restituitur ei cum auctoritate tutoris. & hoc dicit cum duabus. l. l. sequentibus. Viuianus.

**a** Re ipsa. aut verbo. sub. re ipsa, si forte & c.

**b** Passus. hic patientia pro traditione habetur: ut insti. de re. diui. §. interdum. multo fortius si ipsas res heres apud se constitutas restituit: vt. j. eo. l. facta. in princip.

**c** Earum. Sed nunquid ad rem singularem restituendam potest conveniri heres à fideicommissario? Respond. Ioan. sic actione ex testamento: arg. §. eo. l. Ballista. & quia sic est in petitione here. vt supra de peti. heredi. l. regulariter. & l. seq. & l. etiam. §. idem in eo. & idem in emptore hereditatis qui agit etiam ad res certas: vt. §. de here. vend. l. qui filij. §. j. Sed contra videbatur: quia de vniuersitate, & sic de iure quodam restituendo est rogatus, non de rebus corporalibus. sed tamen contra est. nam condemnato in petitione heredi. aliquo, sit executio in res singulares. & bene facit ad hoc. d. l. qui filij. §. j. sed rei vin. non habet nisi facta restitutione: vt infra eod. l. facta. & secundum hoc intelligitur. C. de lega. l. fina. §. sed quia. Sed nunquid restitutio facta in vna re videtur facta in omnibus, vt iam non sit opus alia restitutione? dicit hic quod sic, sicut & heres totius hereditatis se obligat etiam si in vna re se gerat pro herede: vt supra de acqui. heredi. l. pro herede. in princip. nam & cum vnum ius sit vniuersale, per vnam rem sufficit fieri restitutionem: sicut fundi totalis possessio queritur etiam si in angulo intret: vt supra de acqui. poss. l. possideri. in princip. & qui tangit auriculam hominis, totum tangere videtur: vt. j. de fur. le. vulgaris. in princip.

**d** Hac mente. Nota mente. sic insti. de hered. quali. & diff. §. fi. & j. de actio. & obliga. l. in omnibus.

**e** Et si verbo. facit. j. eo. l. postulante. §. j. & l. facta. in princip. sicut etiam hereditas & re & verbo, quia dicat adeo, vel simile auctore animo, aditur: vt insti. de hered. quali. & diff. §. fina.

**f** Tua. id est tui fideicommissarii procuratori simplici: non in rem suam: vt. j. eo. l. qui ita. §. j.

**g** Iussu meo. qui sum heres.

**h** Habuit. scilicet fideicommissarius: vt infra eo. l. mulier. & iungatur non proximo, sed alij superiori dicto, ibi: sed & si voluntate.

vt differat ab eo quod supra dixit: sed & si postea & c. vel dic hic habuit, scilicet heres: & adiungitur proxi. ibi, item si alius & c. & tunc differt à superiori, sed si postea & c. quia ibi præcessit erronea restitutio quæ habetur rata: hic non erronea: sed per alium cuius factum habeo ratum: & semper dic quod est hic mutatio personarum, cum hoc verbu habuit, sit tertia persona, sed supra in prima vel secunda persona locutus est de eodem.

**ADDITIO.** Pro hac glos. vide text. in. c. dudum. extra. de conuer. coniuga.

**i** Sine pupillo. sic in additione hereditatis: vt. C. de iure deliberan. leg. potuit.

**k** Infans. vel absens: vt C. eod. leg. penul. & de verbo. signifi. l. cum futuriosus. & supra eo. l. cum heres.

**l** Potest. etiam faciendo procuratorem simplicem, nisi à se lite contestata. vt. C. de procur. l. neque.

**m** Ne se. hic dicit quod pupillus rogatus restituere suo tutori, non facit eodem tutore auctore: vt supra eodem. l. j. §. fuit quæsitum. Vel dic quod pupillus sua auctoritate non restituit alicui sine tutore: sed tunc nihil addiderunt prædictis.

**n** Constat. secus quandoque in hereditate, & bono possess. vt Cod. qui admit. ad bono. possess. l. bonorum. secundum H. vel etiam hic idem dici potest. Accursius.

**o** Non enim solutio. tantum, sub. nam respectu restitutionis solutio est. Ioan. sed hic patet quod ei soli potest solui à debitore, quod verum est: sed non quod debitor liberetur, nisi habeat pecuniam saluam: vt insti. qui alie. licet. §. penult.

**p** Obligetur. is cui fit restitutio, scilicet creditoribus & legatariis. & facit. §. de aucto. & co. tut. l. obligari. §. pupillus hereditatem.

**q** Sed nec ipsi tutori. recipienti pro pupillo.

**r** Indistincte. nam distinguitur sit infans vel absens, an non: vt supra eodem. l. restituta. §. pupillus. in hereditate dic idem: vt. C. de iure deli. l. potuit. & l. si infanti. in princip. in bo. poss. dicitur soli tutori: vt infra de bono poss. l. tutor. & l. si pupillo. sed forte idem quod in hereditate. item possessionem solus infans & solus tutor querit: vt. C. de acqui. poss. l. donatarum.

**q** Vamuis. CASVS. Cum heres restituit hereditatem fideicommissario ex Trebelliano senatusconsulto: ex eodem senatusconsulto transferuntur in fideicommissarium actiones quæ iure ciuili heredi & in heredem competunt: & quamuis de illis solis dictum senatusconsultum loquatur, tamen transeunt etiam honorariae siue prætoriae, & etiam naturales obligationes. Item quamuis in dicto senatusconsulto contineatur persona tantum heredis instituti, scilicet vt restituat hereditatem fideicommissario: tamen etiam successor heredis tenetur restituere: veluti heres bonorumve possess. heredis, vel pater dominusve heredis: quibus adquisita est hereditas, quam heres debebat restituere: nec facio vim rogatus sit restituere is qui institutus est, an pater vel dominus eius: quia semper debet pater vel dominus heredis restituere: ex quo hereditas ei adquisita est. Item scias quod nulla vis est cui nostro nomine restituatur hereditas, sit paterfam. an in aliena potestate constitutus: sit mulier, an masculus: sit seruus, an liber: quia perinde est ac si mihi fideicommissario restituta esset. Item scias quod restituta hereditate mihi fideicommissario, iura sepulchrorum remanent apud heredem. & hoc dicit cum duabus. l. l. sequentibus. Viuianus.

**f** Separatio. quo ad hoc.

**t** Naturalium. id est naturales obligationes: vt. j. eo. l. si heredi eius. & l. si eius. & facit. §. eo. l. ita tamen. §. actiones.

Patentia pro traditione non habetur.

a] Quia fecus est in legato vel fideicommissio particulari secun. Ale.

\* al. Pio. vi. de Anto. Aug. lib. 3. emen. ca. 7.

† Grecism, subaudi tantu Aug. lib. 2. c. 1.

**a** Persona heredis instituti, & rogati restituere hereditatem.  
**b** Possessor. vt. j. e. l. si eius. §. si quis. Sed argu. cōtra. §. co. l. ille à quo. §. j. in fina. <sup>a</sup> Solu. vt ibi. & facit. j. eod. l. si patroni. §. cum Titiana.  
**c** Domini. §. e. o. l. j. §. si filio. & de leg. ij. l. peto. §. mater.  
**d** Is. scilicet rogatus restituere.  
**e** Nostro nomine. procuratori meo simplici, nō in rem suam: vt infra eodem l. qui ita. §. j.

**f** M<sup>ulier. seruo.</sup> ad hoc facit. j. eod. l. seruo. in princi. & §. j. & §. eod. l. si legatus. §. si filio. sic. §. de exerci. l. j. §. cuius.

**g** Q<sup>Via perinde.</sup> facit supra eodem l. restituta. §. sed si voluntate.

**h** Restituta. in hoc ergo fideicommissarius non est loco heredis: argu. §. de relig. l. si quis heres fuerit. nec distinguitur sit familiare vel hereditarium, licet aliās distinguatur: vt supra de reli. l. familiaria. & l. vel que. Itē nec beneficio quod competit ex illo titu. si quis omīssa causa testam. heredi non datur: vt. §. si quis omīssa causa testam. l. si in testamēto. sed fideicommissario sic: vt in eo. tit. l. antepenul. §. institutus. Item nec in eo quod dicitur. §. de iur. dic. l. sed & si restituitur. §. contra. Item nec in eo quod est supra de condi. & demon. l. qui heredi. §. cum hereditas. Item nec in iure libertorum, <sup>b</sup> siue operarum petitione: vt infra eodem l. si patroni filius, in prin. & argu. infra de Carbo. edic. l. cum sine. & §. de acquir. here. l. pro herede. §. si quid tamen. & infra de ope. lib. l. si operarum iudicio. & l. fabriles. §. fin. & l. cum patronus. §. j. & C. de ope. lib. l. liberti. & insti. de acquir. per arro. in princ.

**i** Apinianus. ] CASVS. Institui mihi heredes Titium & Seium, quemlibet pro dimidia: & rogavi eundem Titium quod restitueret suam partem hereditatis Caio, & decessi: & postea Titius dicebat eam hereditatem sibi suspectam esse, vnde Caius fideicommissarius fecit eum cogi adire. & sibi restituere, facta autem restitutione per Titium Caio, Seius coheres Titij repudiavit suam partem hereditatis, & ita accreuit Titio. nunquid est necesse dicto fideicommissario iterum compelli facere dictum Titium heredem vt adeat partem accrescentem? & certē non compelletur amplius Titius, cum semel adiuerit pro sua parte. Item nunquid est opus noua restitutione fideicommissario? Et dicitur quod non: & ita fideicommissarius habebit totam hereditatem sine noua coactione Titij, & sine noua restitutione ei per Titium facienda. Viuianus.

**k** Actione. ad compellendum adire hereditatis partem accrescentem. Accruius.  
**l** Eum. scilicet heredem. non semel sufficit adisse: vt supra de acquir. heredi. l. si solus. §. fina. in fine.  
**m** Adcreuit. Et respon. quod non ad quod supra de leg. j. l. si ex toto. in princi. & l. grege. & l. quod in rerum. §. ij. & l. seruum filij. §. si areæ. & de auro & argen. lega. l. si statuam. & de leg. ij. l. cum fundus accrescit ergo magis parti alteri, quā personæ heredis. sed in usufructu. est contra supra de usufructu. ac l. interdum. <sup>c</sup> & infra de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. qui cum partem. quæ sunt argu. contra. Item pro vtraque parte induci potest supra de usufructu. l. si Titio. §. usufructum. & de acquir. heredi. l. si solus. <sup>d</sup> in fine. & infra de bono. possess. l. sed cum patrono. <sup>e</sup> & supra communia præ. l. fina. **ADDITIO.** Illa lex si. potius concordat quā discordat, secundum Alexan.

**P**ostulante. CASVS. Gaius instituit sibi heredem Seium, & Stichum seruo suo dedit in eodem testamento libertatem directam pure, & rogauit dictum Seium heredem vt per fideicommissum restitueret hereditatem suam Gaij dicto Stichō: & decessit dictus Gaius. Seius autem heres dicens sibi suspectam esse hereditatem, compulsus à prætorē ad postulationem dicti Stichī adiit eam; & ff. Infort.

**a**] Ibi heres rogatus decessit antequam adiret: hic autē post, secundū Alexand.  
**b**] Nec etiā in iure patronatus ecclesiæ: quod non transit ad fideicommissarium. Bar. Pau. & Alexand.  
**c**] Dic quod ibi est species vt portio adiret personæ, & non portioni. Bar. & Alexand.  
**d**] Ibi est opus non additione: quia poterat cauere mutatio status. hic verō nō secundum Alex.  
**e**] Ibi erant duo succedentes diuerso iure: vnus secundum voluntatem, alter contra secundum Alex.

postea Stichus decessit antequam dictus heres ei restitueret hereditatem, & reliquit sibi heredem Titium. nunc quaeritur, an in Titium heredem Stichī actiones ex senatusconsulto Trebelliano competant creditoribus hereditariis, si ipse Titius heres Stichī noluit recipere fideicommissariam hereditatem? & certe in senatusconsulto Trebelliano cōprehensum est duntaxat de Stichō prædicto manumisso cogendo accipere actiones creditorum hereditariarum, nec facta est mentio in dicto senatusconsulto heredis Stichī manumissi cogendi recipere dictas actiones: & ideo de Stichō manumisso & non de herede eius facta est ibi mentio: quia is heres qui compulsus est ferre adire hereditatem, id est sustinere vt adeat hereditatem, confestim ei fideicommissar. restituit, id est, confestim restituere solet antequā decessat fideicommissari, siue fideicommiss. erat liber homo, siue manumiss. à testatore: vt fuit dictus Stichus. si non est facta dicta mentio in senatusconsulto de herede Stichī manumissi cogendo recipere actiones creditorum hereditariarum, ergo videtur quod in Titium prædictum heredem Stichī manumissi actiones ex senatusconsulto non competant creditoribus hereditariis. sed certe quamuis heres coactus adire confestim restituere solet antequam decessat fideicommissarius, tamen potest euenire vt restitutionem distulerit heres coactus intantum quod ante restitutionem decessit fideicommissum veluti si pecuniam ei heredi coacto debuerit defunctus, quam pecuniam retinere heres coactus maluit quā petere eam à fideicommiss. post restitutionem hereditatis per se ei factam. vnde pro certo existimo idem constituendum in herede eius Stichī manumissi, quod est constitutum in illo Stichō manumisso. constitutum est autem in Stichō manumisso, vt competant in eum actiones ex senatusconsulto creditoribus hereditariis. cur enim recuset heres Stichī manumissi illam hereditatem testatoris quam recusare non potuit is Stichus manumissus, cuius Stichī hereditatem suscepit? certē non est ratio quare recusare possit. quod si forte ante hereditatis restitutionem quam debebat heres testatoris facere Stichō manumisso, sine herede decesserit libertus, id est dictus Stichus manumissus: perinde bona eius Stichī manumissi creditoribus hereditariis vendere permittendum est, ac si restituta hereditate dicto Stichō manumisso per heredem decesserit libertus, id est dictus Stichus manumissus, vt sic Seius heres Gaij testatoris compulsus Gaij hereditatem adire ad postulationem dicti Stichī manumissi à Gaio, vt dictum est, nullum damnum sentiat ex hereditate eiusdem Gaij. Nunc propono aliam quaestionem: dictus Gaius instituit sibi heredem filiam suam ex assē, & rogauit eam vt mihi restitueret dimidiam partem hereditatis deductis legatis minimis quæ ab ea quibusdam reliquit, & deducto ære alieno non magno, quod æs alienum iussit eam soluere creditoribus suis testatoris: & adeo erant minima dicta legata, & dictum æs alienum, vt non sit locus legis falcid. & decessit dictus Gaius, & mora non est facta per dictam suam filiam restitutioni fideicommissi mihi faciendæ. ego fideicommiss. desidero dictam filiam testatoris restituere mihi dictam dimidiam hereditatis ad minus verbo: vt ex senatusconsulto Trebelliano agenti mihi fideicō. & ex eo senatusconsulto competentibus actionibus etiam vsuras debitas ex stipulatione dicti testatoris ex mortis testatoris die in tempus restitutionis hereditatis persequar, & etiam pensiones conuenas testat. ab inquilinis suis: non autem peto à dicta herede aliquos fructus, & ipsa restituit mihi dictam dimidiam partem hereditatis. veruntamen desiderat ipsa vt ego refundam ei vsuras & pensiones prædictas, si eas recepi à debitoribus vel ab inquilinis testatoris: aut si non recepi eas, desiderat quod ego concedā ei actiones dictarū vsurarum &

XLII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum.

**Q** Vis perinde est atque si mihi restituta esset hereditas. Restituta hereditate, iura sepulchrorum apud heredem remanent.

**Quod iure adcrecendi acquiratur, ad fideicommissarium pertinet. Bartolus.**

XLIII. VLPPIANVS libro vicensimo secundo ad Edictum.

**P** Apinianus tractat, si quis heres institutus ex femisse rogatus sit restituere hereditatem, & eam suspectam dicens compulsus adit, deinde fideicommissarius ignarus sit adcreuisse portionē hereditatis post restitutionem scripto heredi: an opus sit ei alia actione. **k** Et ait securum eum esse posse. De illo planē solo quaerendum ait, an ei opus sit noua restitutione postea quā portio adcreuit. **m**

Etiam si heres institutus ex femisse rogatus sit restituere hereditatem, & eam suspectam dicens compulsus adit, deinde fideicommissarius ignarus sit adcreuisse portionē hereditatis post restitutionem scripto heredi: an opus sit ei alia actione. **k** Et ait securum eum esse posse. De illo planē solo quaerendum ait, an ei opus sit noua restitutione postea quā portio adcreuit. **m**

penfionum, & non possum ego fideicommissi. persuadere ei filiae testatoris, hereditatis appellatione, quam hereditatem rogata erat mihi restituere, etiam hanc stipulationem usurarum factam per testatorem ad me pertinere. & respon. iurifcon. & dicit, omnia hæc, id est usuræ & penfiones supradictæ continentur appellatione hereditatis, vt sic ad te fideicommissi, pertineant quantum enim ad hoc pertinet, nihil interest inter hæc duo ex vna parte, id est inter dictas usuras & penfiones & cætera quæ sub condit. sunt promissa testatori, aut in annos singulos vel menses sunt promissa testatori. vnde sicut illa quæ sunt promissa testatori sub condit. aut in annos vel menses singulos, continentur appellatione hereditatis, vt sic transeant ad fideicom. vt supra. e. ita tamen. §. actiones. ita continetur hereditatis appellatione dictæ usuræ & penfiones testatori debitæ, vt sic ad fideicommissi. transeant. Diceret aliquis contra hanc solutionem: Sane hæc, id est usuræ & penfiones prædictæ cedunt pro fructu rei, quæ res continentur in hereditate, & fructus fideicommissi. non sequitur si mora heredis non intercesserit. ergo videtur quod dictæ usuræ & penfiones non sequantur fideicommissarium: cum in veritate dicta filia heredisque testatoris non fuerit in mora restituendi fideicommissi, vt supra in themate positum est. Sed respondeo, & tueor dictam solutionem. quæuis ita videatur pro herede contra fideicom. tamen quia si deicommissi. non postulat

vt heres suppleat fideicommissi. id est non desiderat vt heres restituat ei medietatem omnium rerum quæ erant in hereditate tempore mortis testatoris deductis legatis & ære alieno, de quibus & de quo facta est supra mentio. & sic postea huic totali fideicommissario cedant usuræ, & sic suppleant, sed vult vt medietas hereditatis præsentis ei restituatur: nequaquam id heres debet recusare. nam quodammodo in partem hereditatis senatus recipi voluit fideicommissi. & haberi loco heredis pro ea parte pro qua restituta esset ei hereditas. & hæc omnia locum habent, vt dixi, quando testator feneravit, & usuras fuit stipulatus, & quando locavit domos, suas inquilinis suis, & ei debitæ sunt penfiones, aut ex fundis fructus percepit, si autem ipse heres feneravit vel locavit domos, vel ex fundis fructus percepit: nihil eo nomine præstat ei fideicommissi. cui hereditas per fideicommissi. relicta est, si non intercesserit mora ipsius heredis: & est ratio, quia suo periculo feneravit heres, & consumpsit operam suam in colendo fundo & cogendis siue colligendis fructibus: nec æquum erat alterius, id est, fideicommissi. procuratoris constitui heredem, vt sic dixerim: sed cum heres recipit augmentum his modis de quibus est supra quæsitum. s. de usura stipulata per defunctum vel debita ab inquilinis per locationem defuncti, nullum impendium vel opera intercedit heredis: & ideo non est mirum si dictum augmentum in quo non est impendium vel opera heredis, transiit ad fideicom. vt dictum est à §. sed in huiusmodi, & c. vsque ad §. sed cum hered. & c. & h. d. hæc lex, licet cum difficult. Viuianus.

**a** Postulante Stichus. seruo hereditario.

**b** Faceret. sub maxime.

**c** Quoniam fere. habeas fere. q. d. raro contingit quod tantum

**Ad id ad quod compelli poterat defunctus potest compelli heres defuncti, licet verbis legis non exprimatur. Bartolus.**

XLIIII. MARCELLVS libro quinto decimo Digestorum.

**P**ostulante Stichus<sup>a</sup> qui eodem testamento libertatem & fideicommissam hereditatem acceperat, heres suspectam adiit: mox Stichus antequam moram in recipienda hereditate faceret, <sup>b</sup> decessit relicto herede Titio. Quæro an in Titium, si nolit recipere fideicommissam hereditatem, actiones ex senatusconsulto cõpetant. Respondi, Quoniam fere<sup>c</sup> is qui compulsus est adire hereditatem, confestim ei restituet, de manumisso<sup>d</sup> duntaxat senatusconsulto comprehensum est, nec heredis<sup>e</sup> facta est mentio. Potest tamen evenire vt restitutionem distulerit heres: veluti si pecuniam ei debuerit defunctus, quam retinere maluit, quam petere. <sup>f</sup> Cæterum existimo idem in herede<sup>g</sup> eius constituendum, quod in illo constitutum est. Cur enim recusaret, quæ recusare<sup>h</sup> non potuit is cuius hereditatem suscepit: Quod si forte ante hereditatis restitutionem sine herede decesserit<sup>i</sup> libertus, perinde bona eius creditoribus hereditariis vendere permittentur.

retardetur restitutio à coacto adire, quod decedat fideicommissarius: & ideo non fuit dictum in senatuscon. an heres fideicommissarij cogatur accipere: sed de fideicommissi. tantum. alij habent ferre. q. d. qui compulsus est ferre adiri, id est sustinere vt adeatur.

**d** De manumisso. vt cogatur recipere ex quo coëgit.

dum est, ac si restituta hereditate decesserit.

**Actiones quæ quæruntur ex provisione defuncti, veniunt in restitutionem. Bartolus.**

Sed in huiusmodi<sup>k</sup> quæstione rogo respondeas, an rectè senserim: <sup>l</sup> Rogata est filia ex assere heres restituere hereditatis partem dimidiam deductis legatis<sup>m</sup> minimis, & ære alieno non magno, <sup>n</sup> vt legi Falcidiae<sup>o</sup> locus non sit. mora facta non est restitutioni fideicommissi. desidero verbotenus<sup>p</sup> mihi restitui hereditatem, vt ex Trebelliano senatusconsulto agenti, <sup>q</sup> & ex eo<sup>r</sup> competentibus actionibus<sup>s</sup> etiam usuras debitas<sup>t</sup> ex mortis die in tempus restitutionis persequar. Item quæro & de penfionibus: quia locationum obligatio in hereditate fuit. <sup>u</sup> ab herede<sup>x</sup> fructus nullos peto: sed illa<sup>y</sup> desiderat refundere<sup>z</sup> me, aut cõcedere ei actiones usurarum<sup>a</sup> & penfionum. Non possum<sup>b</sup> persuadere, <sup>c</sup> hereditatis appellatione quam rogata erat mihi restituere, etiam hanc stipulationem usurarum ad me pertinere. Respondi, Omnia<sup>d</sup> ea hereditatis appellatione continentur. Quantum enim, quod ad

**o** Falcidiae. quam fideicommissi. vellet detrahere.

**p** verbotenus. nam verbo solo & re potest fieri restitutio: vt supra eodem l. restituta.

**q** Agenti. mihi fideicommissario subaudi, & restituta est.

**r** Ex eo. senatusconsult. Trebel.

**s** Actionibus. hereditariis.

**t** Debitas. s. ex stipulatione testatoris. & habeas literam Py. ex die mortis. alij habent, ex die moræ, <sup>a</sup> s. debitorum hereditario. & dic in diem restituit. facte verbo, vel re. & quod dicit, persequar. i. persequi. volo. nam non soluit, sed soluet. j. ibi, ramen. omnia hæc, & c. & dic, persequi volo à debitor hereditario qui non soluit heredi ex stipulatione heredit. aliàs non teneretur: vt. j. e. l. deducta. §. qui post heres autem nullo modo<sup>b</sup> tenetur, etiã si percipiat eas: <sup>c</sup> vt d. §. qui post. & j. proxi. ab herede, & c. ibi, sed cum hereditarios, & c. licet quidam dicant hic, persequar, scilicet ab herede si eas perceperit.

**u** Fuit. & ideo videtur quod eas possum persequi: vt supra de usuris dixit. Accursus.

**x** Ab herede. scilicet à filia defuncti.

**y** sed illa. scilicet heres filia defuncti non existens contenta quod ab ea non peto.

**z** Refundere me. s. usuras, si tamen percepi ab inquilinis qui fuerunt in mora, Azo. & etiam à debitoribus aliis.

**a** Usurarum. s. currētū vsque ad tēpus quo heres nō fuit in mora.

**b** Non possum. ego fideicommissarius.

**c** Persuadere. scilicet heredi.

**d** Omnia. s. penfiones & omnes supradictas usuras tam à debitoribus, quam ab inquilinis debitas. & sic nunc soluit prædicta, licet & infra ruocet in dubium: tamen ita est vt hic dicit.

**e** Heredis. scilicet Titij qui est heres liberti, s. vt ipse compellatur.

**f** Petere. quod potuit: vt. s. eo. l. cum hereditas & habetur. C. ad legem Fal. l. in imponenda. & infra eo. l. debitor.

**g** In herede. scilicet liberti.

**h** Recusare. certe nō est ratio: vt infra de reg. iuris l. heredem. & l. in his §. si debeo. Sed an ipso iure transeant in heredem? Respon. non: quia certi sunt casus quibus ipso iure transeunt actiones sine restitutione: vt not. C. eod. l. pe. §. finali. vel si iste cõnumeretur illis, non est absurdum. Item cõtra. s. eo. l. apud. §. vtrum. Solut. ibi, & facit. C. de fideicom. l. si in persona.

**i** Decesserit. q. d. nullum damnum habet heres: vt. s. e. l. apud. §. Antistia. in fine. & l. ille à quo. in princip.

**k** sed in huiusmodi quæstione. quæ sequitur. Azo. l. sensim. facit. s. de minor. l. fina.

**m** Legatis. quæ ipsa iusfa est præstare.

**n** Magno. quod ipsa iusfa est soluere. & adeo sunt hæc minima. vt Falcidiae non sit locus. Sed quid miri, cum & habeat illam dimidiam hereditatis? Sed dic quod illa erat exhausta legatis: vt institui. ad legem falcidiam. §. j.

a] Die tēpus moræ inspicitur in usuris quod verum est in cõtractibus bonæ fidei. Bart. in l. Lucius 3. no. §. de pof. si vbi etiam dicit eas deberi nuda cõnuectione l. lecta & ibi do. s. si cer. peta.

b] Approbat per Aug. Imolam. P. & Alexand. c] Nisi prout aliàs tenetur de fructibus. Aug.

Refert

- a Refert. id est pertinet.  
 b Ceteraque. scilicet de usuris.  
 c Interest. & sic omnia debent venire in restitutione.  
 d Sanè. allegat pro herede contra fideicommissarium.  
 e Hæc cedunt. sic. de usuris. l. v. usura.  
 f sed quia non. respon-

det allegationi factæ p herede, & allegat pro fideicommissario. & est dicere, sed quia fideicommissarius non postulat ut heres suppleat fideicō. (vt sic dixerim hoc dicit, quia impropriè loquitur. nam tota medietas cadit in causam fideicom.) fideicō. missarius quidē non desiderat ut heres restituat medietatem omniū rerum quæ erant in hereditate tempore mortis deductis legatis, & ære alieno: & sic postea huic totali fideicom. cedant usure, & sic suppleat: sed vult ut medietas hereditatis præsentis ei restituatur: vt. j. e. l. deducta. §. qui post.

g Loco heredis. vt instit. eo. §. restituta.

h Hereditarios. nunc e contra allegat.

\* quia.

i Fœnerauerit. s. defunctus fuit stipulatus: hic heres.

k Non intercesserit. vt supra eo. l. in fideicommissaria. Accursius.

\* intercidit

l Periculo. facit. s. de rei vin. l. si nauis.

m Colendo. subaudi, maximè.

n Cum. id est quando.

† Sic in Pād. scilicet augmentū per herede factū recipit fideicommissarius. aut loco heredis debuit scribi in archetypo, hereditas.

o Quæsitum. scilicet de usura stipulata à defuncto, vel debita pro locatione defuncti. sic ergo cum heres non laborauerit, non recuset restituere: quia & detrimentum sine sua culpa contingens non debet restituere: vt. s. eo. l. mulier. §. sed enim.

p Augmentum. scilicet usurarum quæ heredi obuenerunt ex pensionibus.

Gaius cui per eundem filium debebat restitui hereditas, aliqua iusta ex causa non potuit adire prætorem, & postulare ut petita bono. posses. per dictum filium restitueretur sibi hereditas per eundem filium, debet succurri ei Gaius fideicom. s. ut restitueretur dicto filio emancipato tempus bono. pos. admittendæ gratia exhibendi fideicommissi. dictæ hereditatis dicto Gaius per dictum filium. & hanc credo esse intentionem huius. §. salua meliori sententia. Viuianus.

**a** *si quis.* pone exemplum in eo instituto qui iure prætorio non civili succedit: ut inst. qui mo. test. infir. §. non tamen. vel qui ab intestato succedit: ut emancipatus vel cognatus qui possunt rogari in codicil. ut. C. e. l. iij. Accursius.

**b** *Aliqua ex causa.* s. iusta quæ restitutionem inducit: ut. §. qui. ex caus. maio. l. j. per totum. & . §. de mino. l. j. & facit. §. eo. l. nam quod. §. j.

*Admonendi autem.]*

**CASVS.** Gaius nõ soluendo existens quantum ad creditores suos instituit sibi heredem Titium locupletem, & seruum suum Stichum liberum esse iussit directo vel per fideicommissum. non facio vim. & rogauit dictum Titium heredem hereditatem eidem seruo restituere. & decessit dictus Gaius testator. Titius autem heres institutus dicit hereditatem Gaii sibi esse suspectam, & ideo recusat eam adire. nunquid dictus Stichus liber esse iussus potest desiderare & petere coram prætore ut dictus Titius cogatur adire, & sibi Stichum restituere? Et videtur quod non: quia etiam si desiderante dicto Stichum Titius adiret hereditatem, tamen non potest competere libertas dicto Stichum quasi in fraudem creditorum data: licet Titius heres sit locuples. si non potest libertas competere Stichum, nec ergo potest ei restitui hereditas. si non potest ei competere libertas, nec restitui hereditas, ergo non potest petere coram prætore ut dictus Titius cogatur adire & restituere sibi Stichum. & hæc habent locum secundum verba & sententiam legis Æliæ Sentia, quæ verba & sententia in hoc conueniunt, ut non valeat libertas in fraudem creditorum relicta. permittunt tamen quod vnum seruum tantum testator non soluendo existens instituat directo, & cum libertate directa vel fideicommissaria etiam in fraudem creditorum: ut inst. qui ma. non pos. in princip. & . §. j. Non autem loquitur de danda hereditate seruo per fideicommissum ab alio herede instituto. sed sententia eiusdem legis Æliæ Sentia trahitur ut & libertatem habeat directo vel per fideicommissum. etiam si non directo sit institutus seruus, sed per fideicommissum. quantum ad effectum sit heres, ut est in nostro casu. nam cum Titius sit institutus heres, & rogatus dicto seruo hereditatem restituere: perinde habendum est ac si is seruus solus esset scriptus liber & heres, & perinde habendum est similiter ac si dictus Titius non esset heres institutus, cum voluerit testator non remanere hereditatem apud Titium: sed seruo per eum Titium restituere. unde secundum quod ultra porrigitur sententia dictæ legis, ut dictum est, videtur quod dictus Stichus possit facere cogi dictum Titium adire & restituere sibi Stichum. Viuianus.

**c** *Iusserit.* directo. idem si per fideicommissum: ut. §. de here. insti. l. si non lex. §. j. Accursius.

**d** *Locuples.* ad hoc. §. de manu. testa. l. si quis locuples.

**e** *Legis.* verba & sententia conueniunt ut non valeat libertas relicta in fraudem creditorum, nisi quod vnum permittit institui directo etiam in fraudem creditorum: ut inst. qui ma. non pos. in princip. & . §. j. sed sententia trahitur etiam si per fideicommissum effectus sit heres, ut & libertatem habeat directo, vel per fideicommissum. ut hic, & . d. l. si non lex. §. j. & supra de mili. test. l. neque. §. j. & dic de his ut no. §. eo. l. si res. §. j. & . l. sicui. & . l. mulier. §. no est. Accur.

Si quis bonorum possessoris fidei commiserit de hereditate restituenda, & is passus fuerit diem bonorum possessionis agnoscere transire, aut per hoc tempus quo is cui restitui debet hereditas, aliqua ex causa non potuit adire prætorem, & postulare ut petita bonorum possessione restituatur sibi hereditas: succurri ei debet, id est ut restituatur tempus bonorum possessionis admittendæ, exhibendi fideicommissi gratia.

**Ad petitionem vnius serui fideicommissarii cogitur institutus adire & restituere hereditatem etiam quæ soluendo non erat. Bar.**

Admonendi autem sumus, si is qui soluendo non sit, Titio herede instituto seruum liberum esse iusserit, & rogauerit Titium hereditatem eidem restituere, vix esse ut Titius hereditatem adire recusans cogatur. nam licet desiderante seruo Titius adiret hereditatem: non tamen potest libertas seruo competere, quasi

**A** *Si eius pupilli.] CASVS.* Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium suum filium qui erat pupillus, & eidem pupillo substituit Gaium, & rogauit dictum substitutum per fideicommissum ut hereditatem dicti pupilli mihi restitueret, & decessit dictus Titius, & pupillus extitit ei heres, vel etiam habebat alia sua

in fraudem creditorum data, licet Titius locuples sit. qua de causa nec hereditas ei restitui potest. Sed ex sententia legis dicendum est perinde habendum, ac si is seruus solus liber & heres scriptus esset, nec Titius heres esset.

**Naturales obligationes totaliter trahuntur in fideicommissarium: ideo respectu heredis totaliter dicitur indebitum. Bartolus.**

**LXIII. MAECIANVS libro quarto Fideicommissorum.**

**S**i eius pupilli cui sine tutoris auctoritate pecunia credita erat, restituta ex eo senatusconsulto mihi fuerit hereditas: si solvam creditori, non repetam. atquin heres si post restitutionem soluat, repetet, non ob aliud, quam quod ab eo in me naturalis obligatio translata intelligitur. Et si eius mihi restituta sit hereditas, qui pupillo sine tutoris auctoritate crediderit: si soluerit mihi pupillus, non repetet. at si

naturalis obligatio in me fideicommissarium. si autem contra hereditas eius creditoris cui pupillo sine tutoris auctoritate credidit, mihi restituta sit ex Trebelliano senatusconsulto, & soluerit pupillus mihi fideicommissario, non repetet à me iure communi. at si heredi dicti creditoris qui heres restituerat mihi hereditatem, soluerit dictus pupillus, repetet ab herede non repetiturus pupillus ab eodem herede si ante restitutionem hereditatis mihi per heredem factam soluisset eidem heredi. & hanc esse intentionem credo huius. l. vsque ad. §. si necessarij. [SI NECESSARIJ.] Institui mihi heredem filium meum sub conditione leuissima, puta si daret. xxx. sol. Titio, & rogauit eundem filium meum ut hereditatem meam restitueret Gaius & Sempronio. certe cogitur dictus filius adimplere conditionem prædictam. & adire hereditatem, & restituere eam fideicommissariis, id est dictis Gaius & Sempronio. Viuianus.

**f** *Restituta.* scilicet ab eo qui pupillo erat substitutus directo, quod fieri potuit etiam exheredato: ut supra eo. l. ita tamen. §. à patre. Accursius.

**g** *Non repetam.* quia naturalis obligatio inhibet repetitionem: ut supra de condic. inde. l. Iulianus.

**h** *Si heres.* prædictus institutus.

**i** *Post restitutionem.* hereditatis mihi factam.

**k** *Soluat.* creditori.

**l** *Non ob aliud.* i. non alia ratione & c. q. d. quia ipse non tenebatur pupilli nomine: utpote translata in me naturali obligatione. sic ergo heres siue substitutus nec civiliter tenetur, quia nulla est: nec naturaliter, quia in me translata: ut hic, & . §. eo. l. quamuis. & . l. si heredi eius. & quod dicit. §. eo. l. j. §. j. quod habet heres except. post restitutionem quasi adhuc remaneat obligatus, verum est quando prima erat civilis & naturalis, hic naturalis tantum.

**m** *Eius.* scilicet creditoris.

**n** *Crediderit.* & sic naturaliter tantum tenebatur pupillus.

**o** *Mihi.* scilicet fideicommissum. Et no. quod tria facit: quia aut soluit fideicommissum. post restitutionem, & non repetit iure communi: ut hic. Aut coheredi post restitutionem, & tunc repetit iure communi conditione indebiti, cum nec naturaliter ei tenebatur. Aut heredi ante restitutionem: & tunc non repetit iure communi, ut hic subiicit. per restitutionem tamen in integrum repetit iure primo & tertio casu: ut Cod. si aduer. solu. leg. indebito.

sed P. dixit pupillum sine restitutione repetere naturale debitum solutum per hoc medium. Respon. ibi, at si heredi &c. sed certe ibi, ut dixi, nec uaturaliter tenebatur. Sed contra P. est primum & tertium dictum, quibus dicitur non repeti, quod exposui. sine restitutione. Item pro eo. de cōdic. inde. l. interdum. Sed ibi per restitutionem, ut ibi not.

Itē potes addere distinctionem quā habes. C. de inuti. stip. l. j.

**a** Soluerit. post restitutionem.

**b** Repetet. ab herede. Accursius.

**c** Soluisset. s. heredi.

**d** Necessarij. s. filij vel serui, qui possunt institui & rogari de restituendo: vt. s. eo. l. recusare. §. j. & l. ita tñ. §. si pater.

**e** Quāuis. habeas quāuis. i. qualibet. non habeas quāuis.

**f** Leuissima. secus si difficili: vt. s. eo. l. si cui. §. si. & l. facta. §. si sub conditione. & si est filius sub conditione potestatiua. aliās non valet institutio, nisi esset exheredatus in eius defectu: vt. C. de insti. & substi. l. si pater.

**g** Cui parere solent. scilicet etiam viuēti. vel dic magis quā extraneo.

**h** Restituere. impleta conditione quam coguntur implere: vt statim subiicit. Accursius.

**si quis rogatus.** ] **CASVS.** Institui mihi heredem Titium: & rogauit eum quōd restituere Seio hereditatē meam: & decessit. dictus autem Titius decessit postea, & antequam restituere Seio hereditatem. certē heres eiusdem Titij poterit hereditatem restituere Seio: & ex Trebelliano senatusconsulto transeunt actiones hereditariæ in Seium restituta sibi hereditate per heredem Titij. sed si duo extitissent heredes ei Titio à me instituto, vnusquisque heredum eiusdem Titij restituisset Seio ea parte transitarum actiones in Seium. nam & si ipse Titius à me institutus restituisset Seio eam partem quam dictū est vnum de heredibus Titij restituisset Seio, verius est quā contrariū interim pro parte transitarum actiones in Seium fideicommissarium. & hoc vsque ad versi. sed & si plures &c. & ibi proponit duas quæstiones, & non soluit nisi vltimā, quasi prima satis sit soluta supra. & dicit, sed & si plures heredes extiterint ei Titio à me instituto qui per me rogatus est restituere hereditatem Seio, si quidā de heredibus Titij restituerint Seio interim, siue antequam coheredes eorum, hoc est vnus sequitur alium: vel ei Seio cui restituere debuit Titius, plures heredes extiterint: certē in ista secunda quæstione ita respondeo, vt Titius heres restituerit cui siue alicui de heredibus fideicommissarij Seij, is heres fideicommissarij habebit actiones hereditarias ex hoc senatusconsulto Trebelliano pro ea parte quæ sibi restituta est per Titium heredem. Viuianus.

**i** Poterit. sed an cogatur etiam adire? dic vt diximus. s. eo. l. ille à quo. §. j. Item an heres fideicommissum recipere? dic vt dixi. s. eo. l. apud. §. vtrum. & l. postulante. in princip. Accursius.

**k** Ipse. scilicet heres defunctus.

**l** Cui. id est alicui. Accursius.

**si patronus.** ] **CASVS.** Stichus libertus Titij fecit testamentum, & exheredauit filios suos: & dictum Titium suum patronum heredem instituit ex parte debita ipsi patrono in bonis liberti eiusdem, quæ est dimidia iure isto: & rogauit eūdem patronum quōd dictam partem restituere dictis suis libertis exheredatis, & decessit

dictus libertus. certē si sua spē aduerit patronus dictam partem in qua fuit institutus, erit locus Falcidæ, id est quartæ Trebellianicæ, vt patronus possit eam detrahere cum restituit filiis liberti dictam partem. si autem coactus à prætorē adierit, patronus non tenebit quartam: imò transibunt actiones ex hoc senatusconsulto Trebelliano in solidum in eos filios liberti, de quibus supra dictum est. Viuianus.

**Patronus potest grauare libertos liberti etiam in debita portione.** Bartolus.

Si patronus ex parte debita heres institutus, rogatus fuerit eam libertis exheredatis defuncti liberti restituere: si sua sponte adierit, erit Falcidæ locus. Si coactus, in solidum transibunt in eos actiones ex hoc senatusconsulto.

**Hereditatis restitutio fit seruo domino volente, vel ratum habente: vel etiam ipsi domino, licet in hereditate debeat præcedere iussus, & sequi aditio serui, & in bonorum possessione serui voluntas requiritur.** Bartolus.

**LXXV. IDEM libro quinto Fideicommissorum.**

**S**eruo, inuito domino vel ignorate non recte restituetur hereditas: sed si postea ratum habuerit, confirmabitur restitutio: verum ipsi domino adquirentur actiones: nec quia hereditatis acquisitioni similis est hæc restitutio, iussum præcedere oportet. Sed, vt dictum est, etiam rati habitio subsequi poterit, exemplo bonorum possessionis. Neque interest quod ad propositum attingit, ipsi domino, an seruo quis rogetur restituere hereditatem: nec in ea re consensu aut opera serui opus est. Atquin in bonorum possessione, vel in aduenda hereditate per seruum, oportet præcedere iussum domini, & non sufficit rati habitio postea subsequens. ergo idem videtur debere esse in hac restitutione. Sed non est verum: imò, vt dictum est, etiam rati habitio subsequi poterit in hac restitutione, sicut & sufficit in bono. possess. rati habitio. nec est opus consensu aut opera serui in hac restitutione. itaque si qui rogati restituere hereditatem seruo dictant suspectam hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire hereditatem, & restituere. & nõ est necessarium quod seruus interponat in hoc consensum suum vel operam. atquin in bono. possess. vel in aduenda hereditate consensus eius serui necessarius est. & hanc credo esse intentionem huius. l. vsque ad. §. si testator. saluo meliori intellectu. Viuianus.

**o** Seruo. cui seruo quis erat rogatus restituere hereditatē. Accur.  
**p** Habuerit. scilicet dominus.  
**q** Similis. nam in effectu est heres: vt. s. quod cū eo. l. si filius. §. j. & loco heredis: vt institu. de fideicommiss. hered. §. restituta. in hoc tamen differt, quia in hereditate oportet præcedere iussum: vt supra de acquir. here. l. si quis mihi bona. §. iussum. hic tamen sufficit rati habitio: vt hic, & s. eo. l. si legatus. §. si filio. sicut in bono. possess. sufficit rati habitio: vt hic, & j. de bono. possess. l. iij. §. adquirere. & no. de rati habitio: vt no. C. ad Maced. l. si. Item dicit si seruus appellat, quod dominus potest ratū habere: vt. C. de appell. l. creditorum. H. contra: quia non habet personam standi in iudicio: vt. C. de iudi. l. seruus. Item in acquisitione inter viuos, etiam inuito: vt. j. de acquir. re. do. l. etiam inuito. idem in legato. nam etiam ignoranti queritur: vt. s. de leg. ij. l. cum pater. §. surdo. & tantum commodum afferunt: vt. s. man. l. si hereditatem.

**r** Propositum. id est Trebellianam restitutionem. Accursius.

fit dictus libertus. certē si sua spē aduerit patronus dictam partem in qua fuit institutus, erit locus Falcidæ, id est quartæ Trebellianicæ, vt patronus possit eam detrahere cum restituit filiis liberti dictam partem. si autem coactus à prætorē adierit, patronus non tenebit quartam: imò transibunt actiones ex hoc senatusconsulto Trebelliano in solidum in eos filios liberti, de quibus supra dictum est. Viuianus.

**m** Debita. scilicet dimidia iure isto: in qua poterat grauari liberis defuncti liberti: vt not. s. eo. l. ita tamē. §. si patronus. non extraneis: vt. s. eo. l. patronus. Accur.

**n** Transibunt in eos. filios liberti. aliās est, in eum, & sic mutat numerum: vt. C. de in ius vocan. l. si. Accursius.

**S**eruo inuito domino. ]

**CASVS.** Titius fecit testamentum, & instituit sibi heredem Seium: & eum rogauit quod hereditatem suam restitueret testatori Gaio, siue Stichus seruo eiusdem Gaij: & decessit dictus Titius. nunquid Seius heres potest recte restituere hereditatem dicto Stichus seruo, inuito vel ignorante domino suo prædicto? Et dicitur quod non. sed si postea quā facta est restitutio seruo, ratum habuit dominus, confirmabitur restitutio facta seruo: ipsi tamen domino adquirentur actiones hereditariæ. Sed oppono, hæc restitutio quæ fit ex Trebelliano, est similis acquisitioni hereditatis: quia quantum ad effectum heres est & fideicommissarius cui restituta est hereditas. in hereditate autem adqui-

† De herede heredis grati supple materia per Bald. in. l. post mortē. pe. col. C. de fideicom.

**z** *Necessarius.* in hereditate constat: vt. C. de hered. instit. l. cum proponas. idem in bo. posses. vt hic, & arg. s. de condi. & demon. l. qui heredi. sed quo ad propositum, id est ad Trebell. restitutionem, non est opus serui consensu: vt hic, & facit instit. per quas perso. no. adqui. §. item quod serui.

*Si testator rogasset.* CA

**svs.** Titius instituit sibi heredem Seium, & rogauit eum vt restitueret hereditatem suam Titij Bertæ pone, si non nupserit. & decessit dictus Titius, & dicta Bertæ nupsit Sempronio. & petit nunc eadem Bertæ à dicto Seio herede vt adeat hereditatem Titij, sibi que Bertæ restituat. heres autem dicit, Ego non teneor adire, quia est mihi suspecta hereditas. item & si adirem, non tamen teneor tibi restituere: quia nubendo fecisti contra conditionem quam apposuit testator circa restitutionem tibi faciendam.

quæritur, quid iuris sit? Et certè dicendum est compellendum heredem si suspectam dicat hereditatem, adire & restituere eam mulieri prædictæ, quauis nupserit. habetur enim pro non adiecta dicta conditio. & idè diceremus, si testator apposuisset in restitutione faciendam aliam conditionem quæ non possit impleri nisi per finem vitæ fideicommissarij: sicut nec superior potest aliter impleri: puta si non ascenderit capitolium fideicommissarius. nam hic expectarem conditionem in non faciendo existentem. verum hic fit cautio Muciana per fideicommissarium vel fideicommissarios de reddendo quod acceperunt, si contra conditionem faciant: quæ cautio in superiori conditione non interponitur, cum habeatur pro non apposta: vt dixi. Viuianus.

a] Adde pulchrū tex. in l. quotiens. s. de condi. & demon. & est regulare quod condit. quæ impedit matrimonium, reicitur. Alex. in consil. 8. 4. parte.

**b** *Nupserit.* habetur enim pro non apposta in virgine: licet in vidua hodie secus: vt. C. de indi. vi. tol. l. ij. & auth. cui relictum. & facit. s. eo. l. facta. §. si sub conditione.

**c** *Expleri non possent.* vt si non ascenderit Capitolium. & caue quod est idem quod. s. vbi non spectatur conditio. verum hic fuit cautio Muciana de reddendo, si contra fiat, vt hic subiicit, & supra de condit. & demonstra. l. Mucianæ. quæ supra non interponitur. Accursius.

**d** *Interest.* conditionem existere. & facit supra de condit. & demon. l. quoties.

**e** *Ab his.* præstita dico ab his. Accursius.

**Cum prætor.** CASVS. Titius iuit coram prætore, & proposuit contra Seium actionem ex testamento, petendo ab eo vt restitueret sibi hereditatem Sempronij: quem Sempronium dicebat instituisse sibi heredem dictum Seium, & rogasse eum de restituenda hereditate sua sibi Titio. & fuit inter eos lis contestata, & iuratum de calumnia coram prætore pone, & probationes inducæ. prætor autem bene cognouit factum, verum errando in iure iussit hereditatem restitui dicto Titio fideicommissario. cum in veritate non deberet ei restitui. nunquid valet hæc sententia, & nunquid debet ex ea restitui hereditas Titio prædicto? Et dico quod sic: quia non solum Titij qui dicebat se fideicommissarium, sed etiam publice interest restitui dictam hereditatem Titio prædicto propter auctoritatem rerum iudicatarum. & idè dico si prætor cognouit factum & ius, & cognouit non debere restitui hereditatem dicto Titio: veruntamen ambitiose, faciendo scilicet gratiam Titio, iussit hereditatem ex fideicommissio restitui ei. Viuianus.

**f** *Per errorem.* iuris vel facti. & facit quod error non nocet. supra de sup. leg. l. iij. in fin. & C. de iur. & fac. igno. l. error. argu. contra supra de iuris. om. iud. l. si per errorem. & de iudi. l. ij. in prin. Sed videtur hæc litera sibi contraria. nam dicit per errorem, itè di-

cit causa cognita: ergo non per errorem. Sed dic quod cognouit factum, sed errauit in iure. vel dic examinavit vtraque parte præfente, sed non inuestigauit veritatem, vel quia non potuit, vel quia noluit, & sic in facto errando iudicauit.

**g** *Ambitiose.* quia bene sciebat factum & ius, sed voluit facere gratiam fideicommissi. Sed tunc contra. C. si ex fal. allega. l. fi. Sed illud speciale fauore pupillorum. Item non ob. C. de pæn. iudicis q. male iudi. l. ij. quia ibi non dicit scilicet q. non valeat sententia lata per gratiam. Item non ob. C. quando prouo. non est necess. l. venales. Sed ibi fuit plus, quia pretium. in arbitrio autè dic vt. s. de arb. l. ita demum.

**Pupillo cum auctoritate tutoris vel soli tutori si est infans, potest restitui hereditas: & mutus nihil intelligens infanti æquiparatur.** Bartolus.

**B** Si pupillo infanti restituere hereditatem quis rogatus sit: si sponte adierit, etiã seruo eius & ipsi pupillo tutore auctore restituatur hereditas. siquidè eo quod dari non potest, non magis ea res impeditur, quam in muto pubere volenti sibi restituere hereditatem. Si autè heres recuset adire hereditatem: quæ admodum res expediri possit, difficile est: quia neq. tutore desiderante periculo pupilli adire hereditatem, Trebelliano senatusconsulto locus sit futurus: neque pupillus ipse id desiderare possit, cum dari non possit. quod aliquatenus circa mutos expediri potest. nam si auditus capaces sunt: vel interrogati

**si pupilla infanti.** CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogauit eum quod restitueret hereditatem meam Seio pupillo infanti, & decessit. certè si Titius adierit sponte hereditatem meam, etiam seruo eius infantis & ipsi pupillo infanti simul cum seruo tutore auctore restituatur siue restitui poterit hereditas per dictum Titium: quia in eo qui dari non potest, non magis impeditur ea res, id est restitutio, quam in muto pubere volente heredem institutum sibi muto restituere hereditatem: in quo quidè muto pubere nunquã restitutio impeditur. potest enim demonstrare voluntatem suam nutu, vel per literas. si autè dictus Titius heres recusaret adire hereditatem meam, tunc difficile videtur quemadmodum possit expediri res. i. aditio & restitutio faciendæ infanti: quia neq. tutore desiderante periculo pupilli adire hereditatem dictum Titium heredem, futurus sit locus Trebelliano senatusconsulto. sicut videtur. neq. pupillus ipse desiderare possit vt dictus Titius adeat hereditatem: & eam restituat cum dari non possit. quod quidem aliquatenus sine leuius circa mutos expediri potest. nam si muti sint capaces auditu siue auditus, saltem interrogati nutu possunt significare velle se periculo suo hereditatem adire heredem institutum qui non sponte vult adire, sicut & possunt absentes per nuntium hoc significare. sed quamuis dictum sit supra difficile esse vt subueniatur circa hoc infanti fideicommissio, tamen non dubitat iurisconsultus. omnino ei subueniendum esse, scilicet vt heres possit per tutorem compelli adire & restituere heredi. & hoc constituendum est ex similitudine iuris ciuiliis. si enim heres institutus esset infans, non dubie videtur posse eum gerere pro herede tutore auctore, id est per ipsum solum tutorem. Item & est hoc constituendum ex similitudine iuris honorarij siue prætorij. nam si ageretur vel quæreretur de bono. poss. delata infanti, peti posset per tutorem ei infanti. sicut autè adiuuatur dictus infans circa aditionem & restitutionem sibi faciendam, ut dictum est, ita & mutus qui nihil intelligere potest, adiuuatur per procuratorem à se constitutum, quem potest constituere nutu vel etiam scribendo: vt. s. de procu. mutus. Viuianus.

**i** *Tutore.* quod de tutore dicit, ad seruum & pupillum referas, & facit. j. rem pupilli l. quam fore. l. ij. & l. seruum. Accur.

**k** *siquidem.* pro certe, vel pro quia.

**l** *Volenti.* scilicet muta scriptura, vel notu: vt statim dicit.

**m** *Aliquatenus.* id est leuius. Accursius.

**n** *Vel interrogati.* vel pro saltem. & incipit respondere.

Huc pertinet locus communis apud Rhetores de auctoritate rerum iudicatarum, de quo Quint. lib. 5. instit. orato. in prin. Cic. in orat. pro Cluentio. & lib. 2. Rhet. ad Heren. vbi de absoluta iuridiciali tractat.

**a** Per nuntium. scilicet possunt.

**b** Subueniendum. ut tutor compellat solus.

**c** Gerere posse. si est maior infante si autem minor, solus tutor adquiret hereditatem & bo. poss. ut. C. de iure delib. l. potuit. & l. si infanti. §. j. & §. fi. & j. de bo. pos. l. si pupilli. & facit. C. eo. l. pe. & §. eod. l. restituta. in fine. & sequen. Accursius.

\*Significare

si singula. ] CASVS.

Titius instituit sibi heredem Seium: & rogauit eum quod mihi restitueret hereditatem suam Titij, & decessit Titius. postea ego fideicom. vendidi Sempronio singulas res hereditarias, & Seius heres tradidit eas iussu meo dicto Sempronio emptori. certe videtur eas tradidisse & restituisse mihi fideicom. Idem erit & si iussu meo tradantur per heredem illi cui ego fideicom. debuerim eas prestare ex fideicom. vel ex alia causa, vel cui ego voluerim ire in creditum commodando forte vel locando ei, vel cui ego donare voluerim.

**d** In creditum. quia commodabam vel locabam alij ego fideicom. & facit. §. eod. l. restituta. §. sed & si voluntate. & infra de pign. act. l. solutu. §. soluta. & j. de solu. solutam. Arg. contra §. de iur. do. l. si mulier. §. ex asse. Accursius.

**Q**ui ita institutus. ] CASVS. Institui mihi heredem Titium in sex vnciis hereditatis meae pone, & rogavi eum quod restitueret Sempronio. Item institui mihi heredem Seium in aliis sex vnciis sub hac conditione, si dictus Titius coheres eius adisset. & rogavi eundem Seium ut suam partem hereditatis restitueret dicto Sempronio vel etiam alij, & decessit certe dictus Seius potest uti lege Falcidiae siue detrahere quartam Trebellianicam aduersus eum cui ipse rogatus erat restituere si ipse Seius adiuit suam partem hereditatis sponte, & non coactus, quamuis dictus Titius eius coheres adisset suam partem coactus. videbatur autem fore contrarium: quia dictus Seius institutus sub conditione si Titius coheres eius adisset non poterat esse heres nisi Titius coheres eius adisset: ut supra de condi. & demon. qui heredi. §. fina. sed coheres coactus adiuit: unde videtur quod eius vitio & coactione fiat heres, & sic non possit detrahere quartam: ut argum. infra de acqui. posses. l. Pomponius. §. cum quis. & certe ibi loquitur in his qui ab aliis habent causam, & accessionibus temporum uti volunt. Item & alia ratione videbatur fore contra: quia Titius coheres non videtur aduisse, cum sit coactus. Sed contra est, quia coacta aditio est aditio: ut hic. & infra de bonis lib. l. pe. & supra quod met. cau. l. si mulier. §. si metu. Viuianus.

**c** Lege Falcidia. scilicet Trebellia. contra suum fideicommissarium cui rogatus erat: siue erat idem cui erat rogatus restituere coheres siue alius.

**f** Adisset. contra videbatur: quia hic non poterat esse nisi alius adisset: sed alius non videtur adire, cum sit coactus. Sed contra quia coacta voluntas est voluntas: ut supra quod met. cau. l. si mulier. §. si metu. Accursius.

**E**tiam absentis. ] CASVS. Institui mihi heredem Titium, & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Seio absentis, & decessit, & Titius sponte adiuit hereditatem meam. Seius autem fideicommissarius, qui erat absens, fecit Sempronium suum procuratorem, ut peteret sibi restitui hereditatem recipienti nomine eiusdem Seij, nunquid dictus procurator poterit hoc desiderare siue petere coram praetore? & dicitur quod sic. veruntamen si non sit evidens voluntas fideicommissarii absentis, sed sit dubium utrum mandauerit vel non, debet cauere heredi dictus procurator quod fideicommiss. absens habebit ratum: & hoc quando heres adiuit sponte, ut dictum est. si autem dicat heres sibi suspectam esse hereditatem,

& ideo eam adire nolit, & incertum sit utrum dictus fideicommiss. mandauerit dicto procuratori ut peteret adire hereditatem per heredem, & sibi restitui: dicendum est ut heres non sit compellendus adire: quamuis caueatur eidem heredi per illum qui dicit se procuratorem fideicommissarii, quod fideicommissarius habebit ratum:

luerim.

**A**ditio coacta implet conditionem. Bartolus.

LXVI. PAVLVS libro secundo Fideicommissorum.

**Q**ui ita institutus esset, si coheres eius adisset: uti potest lege Falcidia, & et si coheres eius coactus adisset: modo si ipse non coactus adierit hereditatem.

**Heres non cogitur adire ad petitionem procuratoris de cuius mandato dubitatur. si sponte adiuit, cogitur restituere. Bart.**

**E**tiam absentis procuratori, si desideraret, posse restitui hereditatem ex hoc senatusconsulto Iulianus scripsit: si tamen caueat de rato habendo, si non evidens absentis voluntas esset. Sed dicendum est, ut heres qui suspectam dicat, non sit compellendus adire, si incertum sit an mandauerit, quamuis ei caueatur, propter fragilitatem cautionis. Quod si sponte adierit hereditatem, non magna

quia idem heres sponte adiuit: & ideo cogitur heres restituere hereditatem illi qui dicebat se procuratorem fideicommiss. de rato cauenti, cum de eius mandato est dubium. sed si appareat postea fideicom. non mandasse, actiones hereditariae transibunt in fideicom. eo tempore quo rarum habuit. Viuianus.

**g** Etiam. potest dici secundum Ioan. quod in principio sponte adiuit: ibi, sed dicendum, & c. quando coactus. tertio redit ad primum ibi, quod si sponte, & c. vel verius in primo indistincte secundum Ioan. ibi, sed dicendum, & c. corrigit se in parte, & distinguit an nondum adiit, & non cogitur a procuratore, de cuius mandato dubitatur, etiam si caueat de rato. & redditur ratio, an non sponte adiit: & tunc cogitur restituere procuratori cauenti de rato. Accursius.

**h** Procuratori. etiam vero, & hoc constat. Ioan. & est secundum eum speciale ubi satisfat verus procurator. sic infra de noui ope. nun. l. de pupillo. §. qui procuratorio. Sed tu dic secundum. H. contra §. non satisfat ubi certum est de mandato: ut infra ut in pos. lega. l. si is a quo. §. pe. nec hoc hic dicit, sed magis contrarium: ut ibi dicit, si non evidens, & c. & in illa. l. de pupillo, dubium erat de mandato, licet esset verus procurator.

**i** Hereditatem. sponte aditam.

**k** si non evidens. ergo si est evidens. non satisfat, ut dicit. & fiet restitutio procuratori nomine domini: & perinde habetur ac si ipsi domino fieret: ut supra eodem l. quauis. §. fina. & l. mulier. & l. quia perinde. non autem si esset in rem suam, quasi ipse procurator sit fideicom. etiam si dominus velit ei donare: ut supra de iure do. l. si mulier. §. ex asse. Sed videtur non posse fieri procuratori: ut supra de acqui. here. l. Paulus. quae est contra. Solu. hereditatis aditio fit solo animo: ut insti. de here. qua. & dif. §. fina. unde cum mando procuratori ut adeat, statim sum heres: & sic nihil remanet faciendum per procuratorem. at haec restitutio sicut & bon. posses. non fit sola voluntate, sed opus est facto, quod potest fieri per procuratorem. Item oppo. C. per quas perso. no. adquir. l. j. sed hic speciale: quia procuratori quaeri non potest: ut. d. §. ex asse. & facit supra eodem l. apud. §. utrum. Accursius.

**l** Fragilitatem. Hic no. duas rationes. Prima, quia periculum magnum subiret heres si fideicom. non habebit ratum: quia omnia onera hereditaria subiret. Secunda, fragilitas cautionis: quia per eam nil forte consequetur: quia non erit soluendo: ut hic, & supra

& hoc propter fragilitatem cautionis predictae: quia per illam cautionem nihil forte consequetur heres: quia non erat forte soluendo ille qui dicebat se esse procuratorem fideicommissarii absentis. & sic magnum periculum siue captiorem forte subiret heres si fideicommissum non haberet ratum: quia omnia onera hereditaria subiret idem heres. quod si sponte adierit hereditatem heres, ut dictum est in primo respon. huius. §. non est magna captio siue periculum heredis restituere hereditatem illi qui dicebat se procuratorem fideicommiss. recepta ab eo cautione quod fideicommiss. habebit ratum, cum non erat certum de mandato imò dubium, & postea fideicommissum non habeat ratum: quia propter cautionem illius qui dicebat se procuratorem fideicommissarii, non remaneret onera hereditaria apud heredem: imò ideo,

a] Simile dicitur glo. i. in me. in c. coram dilecto extra de of. delega. Et facit glo. in c. ex transmissa. super verbo. sufficiet in fin. de res. sti. spo.



eo. l. cogi. §. idem quærit. sed quando sponte adiit, cessat prima ratio: quia sponte se implicuit, non per coactionem procuratoris: & ideo tunc procurator admittitur, si tamen caueat, si est dubium de mandato. aliàs non.

**a** *sed actiones.* loquitur cum sponte adiit: & dic non mandauit, scilicet dominus procuratori. Accursius.

**b** *Ratum.* & fa. §. eod. l. restituta. §. sed & si volũ rate. & §. de neg. gest. l. si ego.

*si damnum.* ] **CASVS.**

Institui mihi heredem Titium, & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Seio, & decessi: postea Gaius vulnerauit Stichum seruũ hereditariũ, & ita actio l. Aquil. acquisita est dicto Titio heredi per dictum seruũ hereditariũ. postea dictus heres restituit hereditatẽ meã dicto Seio fideicõ. nunquid dicta actio. l. Aquil. transfuit per dictam restitutionem ad dictũ fideicom. & dicit quod non. hæ enim actiones transeunt ad fideicom. quæ pendent ex bonis meis defuncti testatoris id est trahunt originem ex eo quod factum fuit in bonis meis defuncti me defuncto viuente tũc

& sic competierunt mihi actiones re vel spe: vt. §. eo. l. ita tamen. §. actiones. Viuianus.

**c** *Transit.* Sed nunquid heres cedere tenetur? quod videtur: vt infra eodem l. si heres. sed H. dicit quod non, si decesserit, quasi interitu speciei liberatus est: secus si sit vulneratus tantum: vt supra ad l. Aquil. l. huic scripturæ. Item si decessit post moram, si heres cedat arg. §. eo. l. ita tamen. §. j. & l. mulier §. sed enim. & facit. j. de act. & obli. l. quæcunque.

**d** *Pendent.* id est trahunt originem ex eo quod factum fuit in bonis defuncti, eo scilicet viuente: & sic competierunt ei re vel spe: vt §. eo. l. ita tamen §. actiones.

*si legatus Romæ.* ] **CASVS.** Titius instituit sibi heredem Gaium Bononiensem, & rogauit eum de restituenda hereditate Seio. postea decessit dictus Titius. postea dictus Gaius heres fuit missus in legatione siue ambasiata Romam. Seius autem fideicom. compulit eundem heredem Romæ coram prætorẽ vt adiret hereditatem. & ipse adiit eam, & restituit eam eidem Seio fideicom. certe quamuis dictus heres idẽque legatus non cogere de iure pati Romæ actiones creditorum hereditariarum propter priuilegium legationis: tamen Seius fideicom. cui est restituta hereditas per eundem heredem, cogere pati dictas actiones Romæ. Videndum est etiam an & fideicommiss. debeat conueniri ibi tantum vbi de iure debuit conueniri Titius defunctus, qui instituit sibi heredem dictum Gaium legatum, scilicet si sua sponte heres adiit & restituit dictam hereditatem fideicom. siue etiam coactus, vt dictum est, an debeat defendi fideicom. tribus locis, scilicet vbi defunctus habuit domicilium, & vbi heres habuit domicilium, & vbi ipse fideicom. habuit domicilium: certe oportet ibi fideicommiss. conueniri, vbi domicilium habet idem fideicommiss. vel vbi habetur maior pars hereditatis ei restituta. Viuianus.

**e** *Adierit.* tempore legationis: quod fieri potuit: vt supra. eodem l. si legatus.

**f** *Cogetur Romæ.* quia cõmunis patria est: vt. §. ad muni. l. Roma.

**g** *Heres.* idẽque legatus.

**h** *Non cogetur.* propter legationẽ. & est ratio, quia huiusmodi legatio personale beneficiũ est: vt. §. de iudi. l. sed & si restituatur. §. j.

**i** *Debeat.* scilicet conueniri: & ibi tantum tenetur. an vero in tribus locis: Respon. ibi, oportet itaque, & c. quod in duobus, scilicet vbi ipse habet domicilium: & vbi maior pars hereditatis est, sed certe & ibi vbi defunctus: vt. §. de iudi. l. heres absens. in princ. Item & in aliis, scilicet vbi est repetita. Item & vbi testator voluit, vel est verisimile eum voluisse: vt. §. de iudi. l. quod legatur, & l. sed & si suscepit §. j. & l. si fideicommissum. in princip.

captio est: sed actiones, **a** si non mandauit, transibunt eo tempore quo ratum **b** habuerit.

**Actiones quæ nõ fuerunt in bonis tempore mortis defuncti, per Trebell. non transeunt. Bart.**

Si damnũ in seruo hereditario datum sit: licet per seruũ hereditarium heredi competere actio cõpetit, non tamẽ transit legis Aquil. actio ad fideicommissarium. Hæ enim actiones transeunt, quæ ex bonis defuncti pendent. **d**

**Exceptio coherens personæ heredis non transit in fideicommissarium. Bart.**

Si legatus Romæ compulsus adierit hereditatem, & restituerit cogatur Romæ **f** actiones pati fideicommissarius, quãuis heres **g** non cogatur. **h**

**Fideicommissarius conuenitur vbi habet domicilium, vel vbi est maior pars hereditatis. Bart.**

An vbi defunctus conueniri de-

**SI postulante me.] CASVS.** Titius instituit te Seium heredem, & rogauit te vt mihi suam restitueres hereditatem: & decessit dictus Titius. postea postulante me fideic. suspectam hereditatẽ ex decreto prætoris adiisti. & postea ego nolo eam mihi per te restitui, nec volo me bonis immiscere. certe hoc fieri debet quod Octaueno nõ ineleganter videbatur. l. vt à prætorẽ perinde actiones hereditariarum creditorum & legatariorum in me fideicõ. denatur, ac si hereditatem recepissẽm spõte. nam accipere cogor etiam inuitus. non autem potero conueniri interdicto fraudatorio à creditoribus tuis, qui es heres. q̄ est verius etiam si cõ tẽ pore quo creditorũ tuorum heredis fraudandorum cõsiliũ inieris, tu heres expectasti adire donec cogereris: vt nec in quarta Trebellianica commodum eis afferres, cum esses non soluẽdo: quia citra periculũ meum qui sum fideicõ. interdicti fraudatorij hereditatem suspectam adieris siue adisses: & mihi restitueres. non enim potero conueniri à creditoribus tuis prædicto interdicto ad reuocandam à me dictã quartam. & bene dico quod

buit, & fideicommiss. debeat, **i** videndum: si sua sponte heres adit & restituit hereditatem, an tribus locis fideicommissarius defendi debeat: vbi defunctus, & vbi heres, & vbi ipse domicilium habeat.

Oportet itaque ibi fideicommissarium conueniri, vbi vel domicilium habet, vel maior pars restitutæ hereditatis habetur.

**Qui cogit heredem adire, cogitur actiones hereditarias pati, id est per aditionẽ factam à suo vel extranco quis incidit in interdictum fraudatorium. Bart.**

**LXVII. VALENS libro tertio Fideicommissorum.**

**SI postulante me suspectam hereditatem ex decreto prætoris adierit, **k** & nec ego postea eam mihi restitui velim, nec bonis me immiscere: hoc fieri **l** debet, vt, quod Octaueno non ineleganter videbatur, à prætorẽ perinde actiones in me den-**

non potero conueniri, quia & remoto fideicommissio, id est si solũmodo fuisses institutus, & non fuisses rogatus mihi restituere, liberum tibi fuerat nolenti adire hereditatem, creditores tuos tali modo fraudare: quia non vetitum est non acquirere in fraudẽ creditorum, sed deminuere, & ego fideicom. nihil turpiter faciam recipiendo à te eam hereditatem quam creditores non potuerunt cõpellere te vt adires, remota hac mea postulatione: id est si non postulassẽm te heredem cogi adire. Sed & si filius familias suus heres patri existens rogatus sit à patre restituere mihi hereditatem, & tãquam suspectam ea decreto prætoris restituerit mihi, cum iniisset consilium creditorum suorum fraudandorum: vix, id est non erit locus interdicto fraudatorio contra me fideicõ. ad reuocandam per creditores filij quartam Trebellianicam: quam idem filius potuisset retinere si sponte adisset. quo interdicto volebant agere dicti creditores filij contra me. & videbatur forte quod possent magis quã in superiori casu: quia expectando filius vt cogatur adire, & coactus adeundo, & sic non tetinendo quartam Trebellianicam de hereditate patris, videtur deminuere de bonis suis in fraudem creditorum suorum, cum bona patris sint sua quodammodo: vt supra de lib. & postum. in suis. sed non est verum quod sit locus interdicto fraudatorio contra me: quia bona patris non sunt adeo filij. video enim quod si bona patris vendantur à creditoribus paternis qui impetrauerunt separationem forte bonorum paternorum à bonis filij heredis: quod quidẽ facere potuerunt: vt infra de separa. l. j. in principi. nihil proprium creditores eius filij ex ea hereditate ferre possunt: nisi forte debeant audiri proprii creditores filij si postulent vt dimissis patris eius, scilicet creditoribus: id est satisfacto ei. bona patris residua permittatur vendere sibi, id est creditoribus filij. [ **SI DONATIONIS CAUSA.** ] Institui mihi heredem Titium, & rogavi eum quod restitueret hereditatem meam Seio: qui Seius nõ poterat capere solidam hereditatem siue integram, & decessit. dictus autem Titius heres meus volens donationem facere dicto Seio nõ capaci, dixit sibi esse suspectam hereditatem meam. vnde coactus fuit eam adire: & eam restituit integram dicto Seio fideic. certẽ auferetur eidem Seio id quod ex ea hereditate capere non potest. & idem est dicendum etiam si citra consilium donandi dicto Seio si deic. non capaci, dictus heres meus fiduciarius. i. cuius fidei commisi vt restitueret Seio non capaci, fecerit id quod dictum est, id est dixerit suspectam hereditatem, & coactus totam restitueret dicto Seio. nam auferetur dicto Seio id quod capere non potest, & applicabitur fisco: vt. §. de iis quib. vt indi. l. in fraudem. §. j. infi. §. Viuia.

**k** *Adieris.* tu heres, Accursius.

**l** *Fieri debet.* adiunge, vt à prætorẽ, & c. quod est in medio, interpositio

repositio est.

**a** *Recepissem.* nam & accipere cogor: & si decederem ante, heres meus cogitur recipere. & si non habeo heredem, fit venditio à creditoribus hereditariis nomine meo ac si adissem antequam decederem: vt supra eod. l. postulante. in prin. & l. apud. §. fi. & l. ille à quo. in prin. & de separa. l. j. §. si quis suspecta. Item not. quod prætor dat actionem alicui & in aliquem ac si esset adita, licet non sit. sic. §. eod. l. facta. §. quod si conditio.

**b** *Iustus.* aliàs verius: & aliàs iustus.

**c** *Eo tempore.* id est casu. Accursius.

**d** *Fraudandorum.* heredum.

**e** *Inieris.* tu heres, nam in fraudem tuorum creditorum recusabas adire, vt nec in quarta commodum eis afferres, cū non sis soluendo.

**f** *Citra.* aliàs citra: aliàs intra pro citra. sic. C. de posthu. here. insti. l. fi.

**g** *Periculum.* scilicet meum: quia conueniri ex hoc non potero. & de hoc interdicto fit mentio. §. de solu. l. pupilli debitor. & in arbore actionum domini Ioā. & dabatur etiam ad reuocandum alienata in fraudem creditorū: loco cuius est hodie illud editum, quæ in fraudem creditorū, quod inducit Paulianam, & in factū. Vel dic q̄ de hoc hic fit mentio, scilicet quæ in frau. credi. hoc quidem non est timendum: quia non habet locum cum quis non acquirit, sed cum deminuit, vt. §. proxi. respon.

**h** *Adiisses.* aliàs adibis: & aliàs adiisses, scilicet tu heres.

**i** *Fraudare.* quia non est veritum non acquirere, sed deminuere: vt

supra quæ in frau. cre. l. qui autem. in prin. Accursius.

**k** *Mea.* id est si non postulassem te cogi adire.

**l** *Snorum.* scilicet filij.

**m** *Inisset.* scilicet filius.

**n** *Vix.* id est non: vt in superiori casu, nisi in casu quem subiicit. sic. §. ad Velle. l. tutor. in princip.

**o** *Venditis.* à creditoribus paternis qui impetrauerunt separationem bonorum paternorū à bonis heredis, quod facere potuerunt; vt infra de separa. l. j. in princip.

**p** *Creditoribus eius.* scilicet filij.

**q** *Dimissis.* scilicet creditoribus. Accursius.

**r** *Bona.* scilicet residua. & facit. §. l. proxi. in prin.

**f** *Si donationis.* quia volebat heres totā restituere fidei. licet fideicom. partē tantū capere posset. sic & §. e. l. j. §. inde Neratius. Accur.

**r** *Ei restituerit.* scilicet totam.

**u** *Auferetur.* à fideicommiss. tanquam ab indigno, & fisco applicatur: vt. §. de iure fisci. l. aufertur. §. j.

**x** *Fiduciarius heres.* cuius fidei testator commisit: vt institu. de fideicom. here. in princip.

**y** *Id fecerit.* id est dixerit suspectam, & totum restituit coactus, nā sibi aufertur: & tunc applicatur fisco: vt. §. Accursius.

**S** *I heres ab eo.* CASVS. Titius non soluendo creditoribus suis existens instituit sibi heredē Seiū, & rogauit eum q̄ restitueret hereditatē suam Titio & Sépronio, & decessit Titius. nunc Seius

ab eo institutus dicit esse sibi suspectam hereditatē. quæro, nūquid possit cogi adire & restituere eam Sépronio fideicommissario hoc postulanti? Et videbatur fortē quibusdam q̄ non: quia fideicommissarius nullum inde lucrū est habiturus, imò damnum: nec de facili quis hoc desiderare solet. arg. §. ad legem Fal. l. iij. in prin. & leges adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt: vt. §. de legi. & senatuscon. l. nam ad ea. dicitur tamē hic q̄ bene potest cogi adire, & restituere ad postulationem fideicommissarij. sed & si sua spōte adierit, restitutus est eadem hereditatem fideicommissario desideranti. secus autē esset si dicto Sépronio non reliquisset testator vniuersale fideicō. sed reliquisset ei fideicom. speciale, vel etiam legatum: quia illa non tenetur ei soluere heres. eo enim casu funguntur vice heredis superiores legatarij: cū cui. i. alicui eorum legatariorū relictū est fideicom. scilicet vniuersale, & non aliàs. [S I T O T A M.] Titius instituit te Seiū heredē, & rogauit te vt totā hereditatē suā restitueres Gaio, & decessit. tu autē heres sponte adiuisti hereditatem suam: & restituisi eam dicto Gaio sine deductione quartæ partis. certē difficile quidē crederis hoc fecisse magis per ignorantiam, quam causa explēdi fideicom. sed si probaueris per errorem facti te quartam non retinuisse, poteris eam recuperare. Viuia.

**Fideicommissum vniuersale valet hereditate existente, non soluendo. secus in fideicommissio singulari. Bartolus.**

LXVIII. IDEM libro quarto Fideicommissorum.

**S** *I heres ab eo qui cum moretetur soluendo non fuit, rogatus hereditatem restituere, suspectam sibi dicit: dubium non est quin hodie coactus ex Trebelliano senatusconsulto restituere possit. Sed & si sua sponte adierit, ex eodem senatusconsulto restitutus est: quāuis cum summa aut certum corpus per fideicommissum ab eo qui soluendo non fuit, datum est, perinde non debeat, atq; si legatum esset. eo enim casu, legatarij: superiore, heredis vice fungi eū cui fideicommissum relictum est.*

**Qui in restituendo quartam non detrahit, non præsumitur errasse, nisi probetur. Bartolus.**

**S** *i totam hereditatem rogatus restituere, tu sponte adieris, & sine deductione quartæ partis restitueris: difficile quidem crederis per ignorantiam magis, non explēdi fideicommissi causa hoc fecisse. Sed si probaueris per errorem te quartam nō retinuisse, recuperare eam poteris.*

**Heres institutus non cauet de euictione: sed sibi cauetur à fideicommissario. Bartolus.**

LXIX. MÆCIANVS libro octauo Fideicommissorum.

**D** *E euictione prædiorum, vel mancipiorum, vel cætera-*

*ibi, neminem & c. & §. de do. causa mor. l. & si debitor. & ad legem Falc. in ratione. §. quod vulgo. sic ergo parificatur singulare fideicom. legato etiam hoc iure: vt hic, & §. de lega. j. l. j.*

**c** *Casu.* supra proxi.

**d** *Legatarij.* scilicet vice.

**e** *Superiore.* scilicet in generali fideicommiss. vice & c. vt institu. de fideicom. here. §. restituta. & hereditas est, etiam si non est soluendo: vt. §. ad leg. Falc. l. iij. in prin. Accursius.

**f** *Tu.* heres.

**g** *Per errorem.* scilicet facti, non iuris: vt. C. ad leg. Falc. l. error. Item nota præsumi scientiam. sic. C. de præscrip. long. temp. l. emptor. & l. super. & §. de pub. l. quæcunque. §. fi. Arg. contra. §. de proba. l. verius. & C. qui mili. non poss. l. super seruis. & est hic ratio, quia nemo præsumitur iactare pecuniam: vt supra de proba. l. cum de indbito. §. si vero ab initio. & facit. §. eo. l. qui totam. & l. heres cum. & l. patronus. & l. postulante. §. fi. & de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. si quis rogatus. Accursius.

**D** *E euictione.] CASVS.* Institui mihi heredem Titium, & rogauit eum quod restitueret hereditatem meam Seiō, & decessit. postea cum Titius restitueret hereditatem Seiō, Seiūs volebat quod Titius caueret ei de euictione prædiorum, vel mancipiorum, vel cæterarum rerum hereditariarum. certē non tenetur hoc facere Titius: immò econtrario tenetur fideicommissarius cauere heredi de euictione eorum quæ ab ipso herede vendita

Pecuniam nemo iactare præsumitur.

a] Sic aliud est adquirere quam nō amittere. vt de in Specu. tit. de vsu. in vlt. col. verifi. sed pone q̄ aliqua communitas.

sunt, & quorum pretium soluit heres fideicommissario. Viuianus.

<sup>a</sup> Non debet. nec venditor hereditatis cauet de singulis: vt. C. de euiet. l. j. nec heres legatario speciei: vt supra de leg. j. l. si à substituto. §. finali.

<sup>b</sup> Venissent. dum tamen pretium sit refusum fideicommissi. ad quod est supra de here. ven. l. ij. §. sicut. & s. de pet. here. l. si quid possessor. §. bonæ fidei. & supra eo. cum hereditas ex. & l. cogi. §. inde quæritur. in fine. §.

**S**i heres institutus. ] **CASVS.**

